Notandū q̄ nō est blasphemandū diuine maiestati: sanctorꝝ ꝓbitati: spūsci bonitati. ꝛ euangelici veritati. Primo nō est blasphemandū diuine maiestati. qꝛ in veteri testamento tale pctm̄ legit esse grauiter punitū. vt ptꝫ Leui. xxiiij de quodam q̄ blasphemauit nomē dn̄i. Tūc moyses ꝯsuluit dn̄m. R̄ndit dn̄s. Educ foras blasphemū extra castra. et lapidabit eū vniuersus pp̄ls. Et loq̄ris ad filios israel. Qui blasphemauerit nomē dn̄i morte moriat. lapidib⁹ eū obruet oīs multitudo. Nō ꝓpter blasphemiam sennacherib. angelus interfecit vna nocte. c. lxxxv. milia hoim vt pꝫ. iiij. Re. xix. Holofernes fuit a femina occisus. qꝛ cū achior potentiā dei celi commēdauerat dixit holofernes. Qm̄ ꝓphetasti q̄ gēs israel defendat a dō suo ego ostendā tibi q̄ non est de⁹ nisi nabuchodonosor ꝛc. Recitat btūs Greg. in ii. dialo. q̄ qdam puer quinq̄ annorū blasphemauit deum: ꝛ a demone raptus fuit de manibus p̄ris. Helinādus recitat i cronicis vbi loquit de morib⁹ gothorꝝ q̄ tp̄e albei gi regis gothorum quidaꝫ blasphemator magnus dei dum semel esset cū rege ꝛ teneret q̄sdam res aū ipm̄. venerūt quidā nigri hoies ꝛ ceperūt eū. Quos cū ipse vidit et clamaret ad regē. Adiuua me rex. Rn̄suꝫ fuit regi. Quiesce rex qꝛ nr̄ ē iste. Satis eū dimisimus. Et sic ablatus est viuus ab oculis suis. Est em̄ blasphemia magna ingratitudo hois ad deuꝫ. Qui cū mēbro illo in quo deus hoiem p̄e ceteris honorauit eum inhonorat scꝫ in lingua qꝛ deus dedit hoi loquelā vltra oia aialia. Ergo blasphemus est valde ingrat⁹ et ideo deteriores sunt iudeis: q̄ eū blasphemabāt mortalem ꝫ iste immortalem nunc in celo regnantē. Itē est deterior oibus creaturis. Alie em̄ creature deū laudāt oñdendo dei potētiā sapientiaꝫ et bonitatē: sed ipe vituperat. Nā magna ingratitudo esset inferre alicui burgensi contumelia. Maior esset. si militi. adhuc maior si regi cōtumelie inferrent immo esset pena mortis. Quanta ingratitudo est deo oipotēti ꝛ pena inferre ꝯtumelia immo in infinitum maior. Itē est pctm̄ dyabolicum ꝛ infernale. qꝛ danati blasphemant deū vt patet Apoca. xvi. Blasphemauerūt deū celi ꝓ doloribus ꝛ vulnerib⁹ suis. Nā sicut aliqs ex loq̄la cognoscit de q̄ patria sit vt ptꝫ Math. xxvi. Vere tu ex illis es nā ꝛ loq̄la tua manifestuꝫ te facit. Sic etiā blasphemia eū ostendit esse filium dyaboli ꝛ de patria infernali. Itē grauiter peccāt q̄ audiūt blasphemiā ꝛ nō corrigūt: ꝛ ꝑmittūt blasphemiā fieri in domibus suis. Peiores sunt iudeis sicut dicit glosa sup illud Act. vii. Continuerūt aures suas ne blasphemiā audiret. In signū etiā doloris scindebāt vestimenta sua vt ptꝫ Math. xxvi. Princeps sacerdotum scidit vestimēta sua. Sic in tabernis deus blasphematur in

qua ludit ad taxillos. Ergo est tem plum dyaboli in quo dyabolus honorat. Grauiter peccant qui possunt ista prohibere et non faciunt et qui locant suas domos eis et taxillos et candelas. Dubitat utrum magis peccet xpianus blasphemans quam iudeus vel gentilis. Rndit albertus quod sic. q2 maiore ingratitudine ondit xpianus. Quia maiora bñficia recepit. Jo magis obligat et peccando magis offendit. Aliam rōs ponit thomas dicēs. Qui maiorē cognitionē hz de deo plus peccat. Sed xpianus maiorē cognitionē habz de deo quam iudeus vel gētilis. ergo xpianus plus peccat. et p pn̄s in inferno plus puniunt xpiani quam alij non tñ peccāt arrepticij quorū lingua mouet violenter a dyabolo: ß peccat ipe dyabolus mouens linguā suam. Scdo nō debemus blasphemare sanctorū pbitatē. Iuxta illud Apoc. ij. Blasphemaris ab his qui se dicūt esse iudeos et nō sunt. sed sunt synagoga sathane. Ratio huius est. quia sicut deus in sanctis laudat sic econtra rio in sanctis suis blasphemat. Ergo qui laudat sctōs eius: laudat deū. Ps. Laudate dñm in sctis eius. Sic etiā qui blasphemat sanctū aliquē: diuinā blasphemat maiestatez quod grauiter ab ecclesia phibet ut pz extra de maledicis. c. statuimus. Quod statutū nota superius in sermone de maledicis. Qd etiam a deo grauiter est punitū. Cuius exemplum pz in iuliano apostata. Cū venisset in cesaream capadocie ciuitatē vidit basilius in ecclesia sancte marie in visu multitudinē angelorum et in medio eorum quandā feminā in throno stantē et astantibus dicentē. Vocate mihi cito mercuriū qui iulianū apostatā occidat qui me et filium meū supbe blasphemat. Erat autē mercurius miles quidā qui ab ipo iuliano pro fide xpi erat interfectus et in eadē ecclesia fuit sepultus. Statimque sctūs mercurius cum armis suis que ibi eẞerua bantur affuit. et visus ab eo in prelium se preparauit. Expergefactus basilius ad locū vbi sanctus mercurius cum armis suis quiescebat. ibat et monumētū suū aperiēs nec corpus ibidē repperit. nec arma inuenit. Tūc custodem qui arma asportauit interrogauit. Ille vo sb iuramēto affirmat ea eodē vespere ibi fuisse vbi seruabant. Inde ergo basilius recedēs et mane illuc veniēs inuenit ibidē corpus eius et arma: et lanceā sanguine cruentatā. et ecce quidam de exercitu rediēs dixit cū iulianus imperator in exercitu moraret quidā miles ignotus cum armis suis et lācea veniēs et vrgens calcaribus equū audaci mente iulianū impetijt et lanceā fortiter vibrās ipm valde per mediū pforauit et subito ascendēs nusquam compauit. Ipe vero iulianus dū adhuc spiraret sanguine suo manū impleuit et in aerē piecit dicēs. Vicisti galilee: vicisti. Sic in his vocibus miserabiliter expirauit. et ab oibus insepultus relinquit et a persis excoriatus est. et de corio suo regi persarū substratoriū efficitur vt illius exemplo discant alij non esse blasphemandū deo et sanctis eius. Tercio nō debemus blasphemare spiritumsanctū vt pz Math. xij. Qui dixit verbū blasphemie in spmsanctū: nō remittet ei neque hic neque in futuro seculo. Idem dī Mar. iij. Et allegat. xxv. dist. c. qualis. Dicit Aug. in li. de peccato in spmsanctum et in omnibus sacris scripturis nulla inuenitur questio maior et difficilior ista. In predicto tamen libro hanc questionē sic soluit. Non omnis blasphemia necnō omne verbū quod quis loquit contra spmsanctū est irremissibile hic et in futuro. quia si sic esset. tūc oēs qui cōtradicunt dono xpi et ecclesie vnitati siue pagani siue iudei siue heretici siue scismatici. cum tales cōtra spmsanctum dicunt. contra ecclesiam dicunt nunquam remissionem conseq-

renł ꝛ nunq̄ lucrareł ecclia. Quod ab sit vt sententia tam dura ab ore xp̄i pro- cesserit q̄ vult oēs hoīes saluos fieri:et ad pniam reuocare. Dictum est ergo in definite. Qui dixerit verbū cōtra spm̄ sanctū nō remittet ei in hoc seculo:ne- q̄ in futuro. Per qḋ daṫ intelligi q̄ nō omē verbū dictū ɔtra spm̄sanctū:ſ; ali- qḋ verbū quod neq̄ hic neq̄ in futuro seculo remittet. Ut ostēdit Aug. q̄ sit cor impenitens q̄ esse nō credit veniā; peccatoꝝ:ꝛ hab; cor induratum. Tale cor peccat contra spm̄sanctū q̄ in tali duricia pseuerat vsq̄ ad mortē. ꝛ sic ta- le peccatū nō remittet ei hic neq̄ in fu- turo seculo:ſ; de nullo est tū desperādū Hodie em̄ quis est paganus ꝛ cras xp̄i anus:hodie iudeus ꝛ cras fidelis ho- die hereticus ꝛ cras catholic⁹. Quar nō debemus blasphemare euangeliu; dei ꝛ sacros canones: quia ille spiritū- sanctū blasphemat q̄ sacris canonibus derogat:vt p;.xxv.q.j.c.violatores. Et verbū dn̄i tūc blasphemat cū cōtemni tur:vt; xxxiij.q.v.c. Cū caput. Refert petrus damian⁹:q̄ in Burgundia erat q̄dam cleric⁹ supbus ꝛ ambiciosus qui quādā ecclīam scti Mauricij sibi vsur- pauerat.q̄dam potente m:lite sibi mul tū obsistēte. Dum aūt quadā die missa cātaret ꝛ in fine euāgelij diceret. Qis q̄ se exaltat hūiliabi:.euāgeliū derisit: dicēs.falsū est. Nā si ego me meis ho stibus humiliassem: tot hodie diuitias ecclie nō haberem Et ecce fulmē instar gladij in os eius:per qḋ verba blasphe mie euomit introiuit:ꝛ subito eū extin xit. Hec in vita sancti Mauricij.

Non assumes nomē dei inuanū.

Redecimi sunt q̄ peccāt ɔ̄ illud pceptū:ꝛ sunt q̄ trāsgrediunt vota sua q̄ deo pmiserūt q̄ magis est q̄ iuramentu;: vt; p sctm̄ Tho. scd̄a se.q. lxxxix. artī. viij. dicēs. q̄ obligatio voti causat ex fi delitate quā deo debem⁹ sc; vt ei pmis sum soluam⁹. Obligatio aūt iuramenti causat ex reuerētia quā debemus ei ex qua tenemur qḋ verificemus illud qḋ p nomē eius pmisim⁹. Dis aūt infide litas īrreuerentiā cōtinet: ſ; nō cōuerti tur. Videt em̄ fidelitas subiecti ad deū maxime esse reuerētia. Jō votū ex rati one sua magis ē obligatoriū q̄ iuramē tū. Ergo magis peccat trāsgressor voti q̄ piurus. Dicit mgr̄ senten.li.iiij.dist. xxxviij. q̄ votū aliud est cōe aliud singu lare. Cōe.i.qḋ faciūt homies in baptis mo cū spoadēt renūciare diabolo ꝛ pō pis eius. Singulare cū q̄s sponte pro- mittit seruare ɔ̄ginitatē aut obedienti- am:aut aliqḋ huiōi. Singulare votum. aliud est puatū:aliud solēne. Priuatu; est in abscōdito factū. Solēne in cōspe ctu ecclīe. Solennisat votū dupliciter. Aut sacri ordinis susceptionem vel ap probate religionis pmissionē: vt; li. vj.de vo.ꝛ voti re.c.vnico. Illud impe dit matrimoniū cōtrahendū:ꝛ dirimit cōtractū:vt; ibi dē. immo si cōtradixe- rint actu sunt excōicati:vt; in cle.de cō sang.ꝛ affi.c.vnico. Eos q̄ diuino timo re postposito in aiaꝝ suaꝝ periculū sci enter in gradibus cōsanguinitat; ꝛ affi nitatis cōstitutione canonica interdic- tis.aut cū monialib⁹ cōtrahere matri- monialiter nō verent: necnō religiosos ꝛ moniales aut clericos in sacris ordi- nibus cōstitutos. mr̄imonia cōtrahen- tes:ꝛ int cas sciēter eadē celebrātes re frenare metu peue ab hmōi coꝝ temeri tatis audacia cupiētes ipos excōicati- onis snīe ipso facto decernim⁹ subiace re. Hec ille. Documentu; pmū q̄ nō est sui iuris ac ptātis non pōt se obligare voto sanctitat;. Istud documentū pro batsctūs Thōs in.iiij.sentē.di.xxxviij. dicēs q̄ nemo d; facere sacrificiū de ali eno. Ergo ꝛc. Item tenet scd̄a scd̄e.q.

lxxxviij.ar.viij.dicens q nullus pōt se firmiter obligare ad id qḋ in voluntate est alterius. Et quicūq̄ est subiect⁹ non est sue ptātis. Jḋ non pōt se p votū firmiter obligare ad id sine ꝯsensu superioris. Sequit̄ correlarie. Primo q seruus non pōt vouere fm Tho. vbi.s̄. qꝛ est in ptāte dn̄i quātū ad psonales actiones. Sc̄o sequit̄ q nō pōt se obligare voto monachus. qꝛ est in ptāte plati sui. Jḋ nullū votū nec pegrinatōis nec ieiunij est firmū nisi de cōsensu sui plati. qꝛ non est sue ptātis. Jmmo si aliqḋ añ introitū religionis faceret. cessat vt pꝫ de vo. ⁊ vo. re. c. scripture. Ubi dicit̄ reus fracti voti aliq̄tenus nō habet̄ q tpale obsequiū in ppetuā noscit̄ religionis obseruantiā cōmutare. Nō eñ est illi nccīa certi delicti satisfactio cui⁹ totum vite tp̄s obedientie impendit̄ sui ꝯditoris. de pe. dist. j. His auctoritatibus. Tercio sequit̄ q neq̄ pueri possunt vouere fm Tho. vbi.s̄. ⁊ hoc duplici rōne. Primo qꝛ vt in pluribus patiunt̄ rōnis defectū: hoc tn̄ ꝯtigit in aliq̄bus accelerari. Sc̄o. qꝛ sunt in ptāte parentū vel tutoꝝ. Jḋ eoꝝ vota nō sūt obligatoria si pr̄ vel tutor ꝯdixerit. Jḋ dr̄ Deut̄. xxx. Mulier si q̄ppiā vouerit ⁊ iuramēto ꝯstrixerit q̄ est in domo patris sui ⁊ in etate puellari. ⁊ si cognouit pr̄ votū qḋ pollicita ē ⁊ iuramētū q̄ obligauit aīaꝫ suā ⁊ tacuerit: voti rea erit. Si aūt statim vt audierit ꝯdixerit pr̄. ⁊ vota ⁊ iuramēta ei⁹ irritauerit: nec obnoxia tenebit̄ spōsiōi eo q ꝯdixerit pr̄. Jdē est de filio in domo pr̄is añ annos xviij. q̄ nō pōt vouere ꝯtinētiā. ꝫ si vouet aliud q̄ꝫ ꝯtinētie votū obligat̄. nisi pr̄ cū h̄ viderit ꝯdixerit et reuocet stati vtꝫ. xxxij. q. ij. c. mulier. Quia q̄ pōt se obligare dyabolo. pōt se obligare deo. vt pꝫ de delictis pueroꝝ. Querit scūs Tho. vbi.s̄. vtrū filiusfamilias postq̄ꝫ peruenit ad pubertatē vouere possit. Respondit. Qui venit ad annos pubertatis. quantū ad ea q̄ ptinent ad suā psonā puta q per votū obliget se religioni vel q matrimoniū ꝯtrahat. nō autē est sue ptātis quantū ad dispositionēꝫ domesticā vñ circa h̄ nō pōt vouere aliq̄d qḋ sit ratū sine ꝯsensu pr̄is. Jdē ē de filia q̄ est in domo pr̄is vtꝫ. s̄. Quarto sequit̄ qḋ neq̄ꝫ mulier maritata qꝛ est sub ptāte viri. Geñ. iij. sub ptāte viri eris. Jdeo dr̄ Deut̄. xxx. Mulier si maritū habuerit ⁊ vouerit aliq̄d ⁊ semel verbū de ore eius egrediēs aīaꝫ illius obligauerit iuramēto q̄ die audierit vir ⁊ non ꝯtradixerit voti rea erit reddat qḋcunq̄ꝫ pmiserat. Si aūt audiēs statim contradixerit. irritas fecit pollicitationes eius. Dubitat̄ vtrū in votis pficiēdis ⁊ dimittēdis vir ⁊ vxor ad paria iudicentur. Rn̄dit Raymun. q̄ꝫ tū ad votum cōtinentie fm oēs vir et mulier ad paria iudicant̄. xxxij. q. j. si quis vxorem. Jn voto aūt abstinētie dicūt quidam. Cum vir sit caput vxoris pōt tale votū facere inuita vxore. xxxiij. q. v. manifestum. nisi fiat piudiciū vxori in debito reddendo. Jn voto vero pegrinatiōnis dicendum est q neuter cōiugū pōt altero inuito facere. Vt pꝫ. xxxij q. vij. ⁊ xxxiij. q. v. Jdeo fallit in hoc voto hierosolymitano q̄ꝫ in fauorem. terre sc̄tē ⁊ fidei xp̄iane pōt vir sine licētia vxoris facere ⁊ implere. vt pꝫ de vo. ⁊ vo. re. c. ex multo. vxor tn̄ si non vult remanere sequat̄ virum. Dubitat̄ vtrū pat̄ maritus ⁊ tutor peccent reuocando vota subiectoꝝ. Rn̄detur q non qꝛ vtunt̄ iure suo ⁊ a canone concesso. Nec vouētes peccant non implendo vt pꝫ. xxxiij. q. v. qꝛ voluit. scꝫ monachus filius vxor ⁊c. qꝛ fm sanctum Tho. vbi supra. Jn eorum voto intelligitur conditio scꝫ si suis superioribus placet. Quinto nō potest clericus mouere peregrinationem sine licentia prelati vt pꝫ de vo. ⁊

voti redēp. ca. magne: vbi dī. Clericus absq; sui epi licētia ꝛc. Secundū documentū. Quis vouere sic liberū. tn̄ votū adimplere est necessariū. ꝓbat: q2 dicit ex de vo. vo. re. c. magne. Clamauit inquit vox ꝓphetica. vouete ꝛ reddite dn̄o deo vr̄o. vt primū ad cōsiliū. secundū ad p̄ceptū referat. Cū scriptū sit in euāgelio. Nemo mittens manū in aratrū ꝛ respiciēs retro aptus est in regno dei. Item ibidem dicit. ca. licet vniuersis liberū sit arbitrium in vouendo. vsq; adeo tamen solutio est necessaria: vt post votum sine proprie salutis dispendio alicui non liceat resilire. hec ibi. Et illud tenet facere cito ꝛ nō tarde secundo aut quarto annis. sicut quidā faciūt qui vouent peregrinacionem aut ieiuniū aut dare aliquid alicui sancto: ꝛ differunt illud secundo aut quarto annis vsq; ad mortē: et tunc cōmittunt illud amicis qui postea parū curant. Contra illud quod scribitur Deut. xxiij. Cum votū voueris dn̄o deo tuo: non tardes reddere: quia requirit illud deus tuus. Si moratus fueris. tibi reputabit i peccatū. Item Eccl. v. Si qd deo vouisti nō moreris reddere. Displicet ei infidelis ꝛ stulta ꝓmissio. Sicuti sapiens pecuniā quā tenet soluere citi9 q̄ pōt soluit timēs q; si ipam pderet nō posset eā soluere. Sic vo q̄ deo ꝓmisim9 cito et celerit soluē debem9: ne forte p mortē soluēdi ptātem pdamus. q2 fm zvylbelmū: si votū est absolutū tenet statim cū pōt illud implere nisi aliud in mēte habuerit. s. q; in illo die vel termio voluerit implere: tūc poterit vsq; in illū diez vl terminū ꝓlixū licite expectare ꝛ nō vltra: nisi hoc fiat auctoritate aplice sedis ptz ex de vo. ꝛ vo. re. ca. Nō est voti dicēdus transgressor: q̄ qd vouit auctoritate sedis aplice distulit adimplere. Legit q; quidā i magna necitate ꝯstitutus: vouit deo q; vellet ingredi religionē: s3 postq̄ cōualuit parū attēdit votū. Qui denuo infirmatus vocās ad se quendā virū sanctū. Añ cui9 aduētū venerūt ad eū duo vrsi volētes eū dilacerare. In aduētu sancti viri dixit. Ora ꝓ me pater: q2 h̄ duo vrsi sunt volētes me degluttire. Vir sctūs orauit ꝛ euanuerūt: ꝛ ip̄e sanat9 surrexit. Eo sanato n̄ curauit votū. Tūc tercia vice fuit infirmat9 q̄ vidit in visione ignē infernalē ꝛ exercitū demonioꝝ volētiū eū trahē ad locū sibi deputatū. Qui iterū misit ꝓ illo sctō viro rogās q̄tinus ꝓ eo oraret. Qui orauit ꝛ euanuit illa demonuz turba. Vir sctūs eū admonuit q; q̄z cito eēt sanatus pficeret votū. Qui minime curauit: s3 distulit vsq; in seniū. Qui nō diu depost subita morte defunct9 est. et visi fuerūt duo demones eū iugulātes. Legit in speculo hystoriali li. xxvij. ca. xvij. q; in festo scti Marci euāgeliste apud zvysang. q̄dā naute intrauerūt nauim ꝛ cū eis plures negociatores q̄ ꝓpter lanā emendā in angliā ibāt. Et cū securius trāsire se sperabāt plus q̄ trecētas marcas secū in marsubijs portātes circa maris mediū: viderūt piratas nauigātes: in naui eoꝝ lāceas gladios: ꝛ clypeos coruscātes. Tunc singuli ad alterutrū p̄ timore pctā sua ꝯfessi sunt: ꝛ q̄dā p̄sbr laico cōfitebat. Predicti negociatores iā de vita desperantes marsubia sua cū tota pecūia btē v̄gini obtulerūt flētes ꝛ orātes ad btām v̄ginē vt eos de piratar manibus liberaret: ꝛ totā illā pecuniā ad restaurādā ecciam retineret. Piratl appropinq̄ntib9 mgr nauis exhortatus est p̄sbrm. ꝛ assumptis dei genitricis reliquijs piratis sibi nocēdi ptātez interdicit. Mox ille phylacteriū cū capillis btē marie assumēs cū timore ꝛ deuotione in eminentiorē locuz puppis ascendit: manu ꝯ hostes eleuata ex auctoritate xp̄i ꝛ matris ei9 fortiter adiurās. ne vltra veniant: neq;

potestatē nocēdi sibi habeāt interdicit Statim dum signū crucis de eodē phi lacterio fecit ɔtra hostes. vehemēs vētus ꝛ ɔtrarius nauē retulit. Malus na uis frangit. pars mali sup vnū ex ipsis decidēs ipsum excerebrauit et in mare mortuū pcipitauit. Post modicum nauis sana cū mercatoribus ad portū per uenit negociatores liberati sacculos su os q̄s obtulerūt resumpserunt. Cuncꝫ tota anglia circuita magnos aceruos lane emendo suaꝫ pecuniā expēdissent ꝛ ipa lana magnā domū implessent ea dem nocte q̄ in crastinū transire debue rant dom⁹ illa cū tota lana cremata est. Silē exemplū habet in eodē speculo li. viij. ca. lxxxvij. Correlariū pmū q̄ religiosi sacerdotes aut seculares vidē tur maxime peccare. q̄ vouētes simpliciter vt mr̄imoniū ɔtrahāt vident licē tiare. patꝫ qr dī ex q̄ cle. vel vouē. mat. cō po. c. Rursus. q̄ nō min⁹ votū simplex obligat apud deū q̄ȝ solēne. Idem ptꝫ. xvij. q. j. ca. Vouētibus deo vgini tatē nō solū nubere ꜩ etiā velle. dānabi le est. Ibidē ca. Ananias dō pecunias vouerat q̄ post dyabolica victus psuasi one subtraxit. Sꝫ q̄ morte mulctat⁹ est scitis. Si q̄ mortꝭ piculo dignus fuit q̄ eos q̄s dederat nūmos deo abstulit: cō sidera. q̄to piculo in diuino iudicio di gnus eris q̄ nō nūmos ꜩ temetipm oīpotēti deo cui te sub monachico habitu deuoueras subtraxisti. Idē ponit. c. q̄ bona. §. si q̄. ꝛ. xxvij. q. j. ca. Viduas. Vbi dī he vero vgines q̄ nec duꝫ sacro velamine sunt tecte. tn̄ in ꝓposito vgi nali sp se similauerūt pmanere. licet ve late nō sint tn̄ si nupserint aliqn̄ aliquā to tpe his agenda penitētia est. Glo. x. annua. Sequit ibidē. qr sponsio earum dn̄o tenebat. Si em̄ inter hoīes solent bone fidei ɔtractus nulla rōne dissolui quāto magis ista pollicitatio quā cum deo pepigit. solui sine vindicta non de

bet. Idē in ca. Nubēdi licētia q̄busdā tribuit. illis vicꝫ q̄ virginitatē vel casti tatē vidualē nequaq̄ȝ ꝓfesse sunt: quibusdā aūt nō tribuit: illis videlꝫ q̄ vgi nes vel ɔtinētes esse decreuerūt. Ideꝫ ptꝫ in ca. si q̄ vgo. Peccāt etiā parentes amici ꝛ consanguinei. qui tales de trahūt a ꝓposito vginitatis qr dicitur xxvij. dist. c. Si nupserit vgo non peccat. nisi illa q̄ semet diuino cultui dedi cauit. Harū em̄ si qua nupserit habebit damnationē. qr primā fidē irritam fecit Hec ibi. Sꝫ si q̄s alteri suadet damnati onē: grauiter peccat. Sequit q̄ grauit peccāt ille mulieres q̄ dicūt. Ego potius vellem q̄ filia mea haberet tres vel quatuor pueros a tribus vel a quatuor pꝛ̄sbyteris. q̄ȝ q̄ fieret monial' aut bagu ta. Sic etiam grauiter peccant qui dissuadēt hoī a religione aut sacerdotio q̄ hoc vouerūt. Cuius exēplū scribit bea tus Hierony. in epl'a ad leuitā dicens. Pretaxata nobilissima femina iubēte viro suo q̄ patruus eustochij virginis ꝓpositū ob matris desideriū ꝛ habitū eius cultūq̄ȝ eius mutauit ꝛ neglectuꝫ crimen mundano more texuit. vincere cupiēs vginis ꝓpositū ꝛ matris deside riū. Et ecce eadem nocte cernit in som nis venisse angelū terribili facie minātem penas ꝛ hec vba frāgentē. Tu ne ausa es viri imperiū pferre xp̄o: Tu ca put vginis dei audes tuis sacrilegis at tractare manib⁹. q̄ iā nūc arescēt. vt sen tias excruciata q̄d fecerꝭ. finito quinto mēse ad inferna duceris. Si naūt pseue raueris in scelere: ꝛ marito sil' orbaberis ꝛ filijs. Oīa p ordinē expleta sunt ꝛ feraꝫ misere penitentiā velox signauit interitus. Hec Hiero. Correlariū scḋm Quāuis matrimoniū post votum sim plex nō sit ɔtrahendū si tn̄ est ɔtractuꝫ nulla rōne est dirimēdū. ꝓbat qr dicit xxvij. dist. c. quidā. vbi dī sic. Quidam iubētes post votū asserunt adulteros.

Ego aūt dico ꝙ grauiꝰ peccant q̄ tales
diuidūt. Idē.ca. Si vir votū v̄ginita
tis hñs adiūgit vxori postea nō dimit
tat vxorē: ꝫ tribꝰ annis peniteat. Idē te
net sctūs Thōs in .iiij. sentē. quia mul-
ta nō pñt fieri q̄ tñ facta tenent. Tales
tunc sine pctō pñt exigere debitū: ꝗꝫ
uis exacti tenent reddē. Iō deus ordi-
nat ꝙ acq̄rūt viros litigiosos aut ebrio
sos cū q̄bus raro ꝯcordāt: ⁊ ecōtra. Si
aūt talis fecerit votū solēne ⁊ nubit: est
excōicatus. Terciū documentū. Si
cut sonuerūt verba vouētis sic dꝫ votū
adimpleri aut taxare illud scdm cōsiliū
sapiētis. Probatur: q2 di Leuit. xxvij.
Homo si vouerit domū suā ⁊ sanctifi-
cauerit eam domino suo. cōsiderabit sa-
cerdos vtruꝫ bona an mala sit. et iuxta
preciū quod fuerit ab eo constitutū ve
nūdabit. Si aūt ille q̄ vouerit voluerit
redimere eā: dabit quintā ꝑtem estima-
tionis supra ⁊ hēbit domū. Qꝫ si agrū
possessiōis sue vouerit ⁊ consecrauerit
dño. iuxͣ mensurā semētis estimabit ꝓ-
ciū. Ex his sequit ꝙ nō bñ ꝯsoluūt vo-
ta sua q̄ vouent aliq̄ñ sancto anthonio
vnā vaccam pro qua dant vnū soliduꝫ.
aut imaginē cere triū talentoꝝ quā re-
dimūt atqꝫ ponūt tres vel quattuor de
narios ad locuꝫ. Recitat eñi Eusebius
in cronica sua de clodoneo qui fuit pri-
mus rex xpianus francorū qui ꝓmisit
equū suū velocissimū beato martino si
eius intercessiōe posset inimicos suos
debellare. Qui obtēta victoria obtulit
equū ⁊ volēs redimere equū obtulit cē
tū solidos ꝓ equo redimēdo: ꝫ equus
māsit immobilis. Quo viso obtulit ad
huc centū ⁊ factus est mobilis. Tūc di
xit rex. O sctē martine tu es bonꝰ auxi
liator ꝫ carus mercator. Legit in legen
da sancti Nicolai: ꝙ nobilis q̄dā roga-
uit beatū nicolaū vt sibi filiū a dño im-
petraret. promittens se filiū ad ecclīam
seꝰ ducturū ⁊ cyphū aureū ei oblaturꝫ.
Filius nascit: ⁊ ad etatē perducit et cy-
phus fieri iubet. Qui dū ei valde place
ret. suis aptauit vsibus. ⁊ aliū eque va-
lentē fieri precepit. Nauigātibus itaqꝫ
ad ecclesiā sancti nicolai iubet pater fi
lio: vt in illo cypho quem primo sibi fe-
cerat: aquā sibi afferret. Puer autē cū
vellet haurire aquaꝫ: cū cypho in mari
cecidit ⁊ statim disparuit. Pater ama-
re flens: nihilominꝰ votū ꝯfecit. Veni
ens ḡ ad altare sancti Nicolai cū obtu
lisset secūdū cyphū tanqꝫ ꝓiectus ceci
dit de altari. Cū autē eū eleuasset ⁊ sup
altare iterꝝ posuisset: rursus de altari lō
gius ꝓiectus est. Eleuās eū sup altare
tercio: adhuc lōgius ꝓiectꝰ est. Mirā-
tibus oibus ad tā grāde spectaculū ec-
ce puer sanꝰ ⁊ incolumis venit ꝑmū cy
phū in manibꝰ portās. ⁊ corā oibꝰ nar-
rauit ꝙ qñ in mari cecidit: statim btūs
nicolaus affuit ⁊ eū illesuꝫ fuauit. Pa-
ter letus ex hoc effectꝰ: ambos cyphos
obtulit. Quartū documētū: ꝗꝫuis vo
tū quod ordinate fit sit meritoriū. tñ fa
ctū inordinate aut i casu aliq̄: nō est ob
ligatoriū. Probat: q2 ꝑmo nō obligat
si quis vouerit aliq̄d impossibile. Quia
est regula iuris lib. vj. ꝙ ad impossibile
nemo obligatur. Scdō si vouet ꝓpter
metū que cadit in constantem virum:
vt patꝫ extra de his que vi me. cau. fi. c.
ad audientiam. vbi dicit: quia vero q̄ vi
metus ve causa fiūt. carere debēt robo-
re firmitatꝭ ⁊c. Ibideꝫ in ca. ꝯlatū alle
gat casus: ꝙ quidā nobilis cū vxorem
suspectā hēret: milites sui ex eius prece
pto eam ad quendā siluā ducentes eā
ꝯinato gladio occidere voluerūt. Sed
tandē pietate ducti sub tali cōditiōe ei
pepcerūt ꝙ in monasterio habitū susci
peret monachalē. Tādē sublato de me
dio viro: mulier ꝑdicta de monasterio
exiens aliū maritū accepit. Rñdit pa-
pa ibidem di. Si legitime ꝓbatū fuerit
nō timore mortꝭ dictā mulierē religio-

nē intrasse. Aut qḋ fecit postmodū habuisse ratū ipa dꝫ ad monasteriū redire. Ergo a ɔ̄ılo. si timore mortꝭ fecit: poterit exire. Tercio nō ligat votū qḋ qs facit qñ est amēs vel furiosus aut dormiēs. qꝛ tales nec dissentire nec ɔ̄sentire pñt. Idē in infirmitate ꝛ ex̄se posit⁹ si vouerit nō tenet nisi post cōpos consentiat ex̄ de reg. iu. c. si tenor. ꝛ. xvij. q. ij. ɔ̄saldus. Quarto qs vouet aliq̄d malū sicut iudei crudele votū fecerūt accedētes ad pncipes sacerdotū ꝛ dicētes. Deuotiōe deuouim⁹ nihil nos gustaturos donec occidam⁹ paulū. Actu. xxiij. Tale votuꝫ nemo dꝫ implere vtꝫ. xxij. q. iiij. c. In malis pmissis rescinde fidē in turpi voto muta decretū. Dicit eusebius in cronica sua de origine lōgobardorū ꝙ q̄dā rex eoꝝ alboyn noīe intrauit ytaliā ꝛ obsedit tytinēsem ciuitateꝫ q̄ nūc papia dr̄ p tres annos. Quibus trāsactis post aliquātos mēses tradita est in man⁹ ei⁹ ciuitas. Qui cū introissꝫ portā q̄ dr̄ scti iohis: equ⁹ sup quē sedebat fixit se in medio porte. Quē cū ille tūderet calcarib⁹ et oēs q̄ circūstabant cederēt vberib⁹ oīno moueri nō potuit equ⁹. Tūc vn⁹ ex lōgobardis dixit ad regē. Memento dn̄e rex q̄d vouisti et frāge tā durū votū ꝛ igrederꝭ ciuitatē fere em̄ xp̄ian⁹ ppl's est in hac ciuitate vouerat ei alboyn ātea ꝙ vniuersuꝫ populū occideret gladio q̄ se tradē nollet ei. Qḋ votū cū dirupit: equ⁹ se ɔ̄tinuo mouit. ꝛ sic ciuitatē intrauit. Quīto qñ est stultū sic votū iepte Iudicū. xj. q vouerat si pcuteret filios amon. qḋ p̄ sibi occurreret deo vellet offerre. Quo reuertēte occurrit sibi vnica filia sua. Qḋ votū fuit stultū. qꝛ hō nō est aīal imolatitiū. Et si occurrisset sibi canis nūq̄d imolasset: Sic etiā vouēt multe mulieres ꝙ nolūt balneare feria q̄nta xp̄i vētū. Tale ē etiā votū q̄rundā q̄ vouēt ieiuniū triū aut q̄tuor dieꝝ sine oī come

stiōe. De q̄bus hr̄ exēplū i vitaspatrum, de duob⁹ q̄ p vastā heremū incedentes, vouerūt se nullā escā sumere nisi q̄ sibi diuinitus missa eēt. Cūq3 p solitudinē oberrassent nimia fame defecti cuidam gēti ferocissime occurrūt q̄s ad occidēdū hoīes nō pda ꝫ solū mētis feritas mouet. Qui panes ipis obtulerūt. Un⁹ ex his subueniēte discretiōe velut a domino sibi oblatos cū gaudio ꝛ grāruꝫ actiōe suscepit. Alius vō recusans cibū, tāq3 ab hoīe ꝛ nō a deo sibi oblatum famis defectiōe ɔ̄sumpt⁹ ē. Sexto cū qs vouet aliq̄d sub ɔ̄ditione nō tenet exe, qui votū nisi stāte ɔ̄ditione ꝛ die determinato. Un̄ fm̄ Raymundū, si ɔ̄ditio defecerit votū nō obligat. xxij. q. viij. Nō solū. ex̄ de ɔ̄di. ap. c. verū. Hoc intelligas vbi tota obligatio ponit. i euētu ɔ̄dicionis aliter si fuerit cōcausa. tenetur implere. Septimo cū maius votū impedit minus. vtꝫ qꝛ p ingressuꝫ religionis oē aliud votū soluit vt patꝫ de vo. ꝛ vo. re. c. scripture. vtꝫ. ſ. Octauo qñ dispensatū est in voto: ex̄ de vo. ꝛ vo. re. ca. magne. vbi dicit. Cum igitur in lege veteri in qua nō minus pceptū dn̄i obligat q̄3 votum hodie in ecclesia. In qua dn̄o mādabant offerri quedaꝫ que dn̄o redderentur vt pmogenita leuitarū. quedā redimerent vt aliarū tribuum. quedaꝫ cōmutarent in aliud vt sicut pmogenitū azini qḋ oue cōmutabatur. ex h̄ attēdentes ꝙ votum cōmutari possit in opus aliud pietatis. Dicit Raymūdus ꝙ ad voti cōmutationē duo requiruntur scꝫ causa ꝛ superioris auctoritas. Causa. si vouēs sit senex debilis vel infirmus vel si redemptio et commutatio melior videatur et magis deo accepta q̄3 pegrinatio et abstinētia. Considerandum est etiam vtrum vouētes habeant causaꝫ redimendi ppetuā vel tēpalem. et sic indulgeatur dilatio vel redēptio. Ex̄. eo. c. ꝙ sup his. Scd'a

auctoritas est qꝛ nemini licet auctorita te ꝓpria redimere vel cōmutare vota:ꝫ debꝫ fieri auctoritate epi. Extra eo.c.v. In votis vo religionis continentie et obediētie papa nō pōt dispensare:vtꝫ de statu monachorū.ca.cū ad monaste- rii.dicūt tamē alij oppositū ꝙ pōt dis- pensare. Item solus papa dispensat in voto terre sancte. in voto ꝑegrinatiōis aplōꝝ petri ꝛ pauli:ꝛ in voto sancti ia- cobi. Nono qn̄ accidit impotētia:vt si dives vouit edificare ecclīam ꝛ si de pauperat nō obligat. Sꝫ q̄d est de illis q̄ vouēt aut ꝓmittūt suis confessoribꝰ aliq̄ pctā q̄ fecerūt et cōfitent amplius nolle ꝑpetrare. De hoc hr̄ exēplū in li. apū. qd illi eidē cōtigit q̄ librū illū cō- posuit. Qr q̄dā diuea semel ꝯfitebatur q̄dā horrendū pctm̄ ꝛ nō semel ꝫ sepi us illud pctm̄ ꝯfessus fuit. Tandem ex torsit ab eodē ꝓmissuꝫ ꝙ nollet eū ab- soluere nisi ṗua ꝓmitteret ꝙ deinceps vellꝫ desistere a tali pctō:ꝛ sic absoluit eū. Seq̄nti anno reuersus fuit cū eodē pctō. Tunc eū misit ad epm:asserēs ꝙ nollet se deinceps intromittere:tn̄ morꝰ ꝑcibꝰ suis ꝛ alioꝝ euꝫ absoluit accepta cautiōe de recidiuatōne. Ille idē feria tercia pasche recidiuauit i idē pctm̄ ini nime curās de ꝓmissione. Mox ignis cecidit de celo ꝛ eā totaliter cōbussit ꝛ extinxit:ꝛ sic dānatua est. Quintum documentū. Maioris meriti est bonū opus vouere q̄ꝫ illud sine voto exerce- re. Illud ꝓbat sctūs Tho. scda scde.q. lxxxviij.arg.vj.ꝑ tres rōnes. Prio ille actus q̄ est a ꝑfectiori vtute est nobili- or:ꝫ vouere actꝰ latrie est. ġ est nobili- or. Sūt ergo nobiliores illi actus.s.ie- iunare ꝛ cōtinere si fiunt ex voto:qꝛ sic ꝑtinēt ad diuinū cultū:q̄si q̄dam dei sa crificia. Scdo:qꝛ ꝑ votū immobilit vo luntas firmat in bonū. Facere autē ex volūtate aliq̄d firmata in bonū ꝑtinet ad ꝑfectionē vtutis:vtꝫ ꝑ phm in.ij.

ethicoꝝ sicut etiā peccare mente obsti nata aggrauat pctm̄. Tercio qꝛ ille qui vouet aliq̄d ꝛ facit plus se deo subijcit q̄ꝫ ille q̄ solum facit. Subijcit em̄ se deo nō solū q̄tū ad actū:ꝫ etiā q̄tū ad ptā tē:qꝛ de ceto nō pōt aliud facē. Sic plꝰ daret hoi q̄ daret ei arborē cū fructibꝰ q̄ꝫ si daret ei fructū tm̄:vt dic anshelmꝰ in li. de silitudinibꝰ. Sequit ex h̄ prio ꝙ vgines claustrales sīt maioris meriti q̄ꝫ seculares:qꝛ ille ꝑpetuo se ad cultuꝫ latrie dedicauerūt:alie vo nō. Scdo se quit ꝙ sic i cōtinēdo magis merent sic in trāsgrediēdo magis peccant ꝛ deme rent:qꝛ de illa di.j.ad Coꝛ.vij. Si nup serit vgo nō peccat. De ista di. xvij.q. j. Vouētibꝰ deo vginitatē non solū nu bere:ꝫ etiā velle dānabile ē. Qr aūt ta- lia trāsgressio voti displicꝫ deo pꝫ Geṅ. vj. Videtes filij dei filias hoim ꝙ eēnt pulcre:acceperūt sibi vxores ex oibus q̄s elegerāt. Nota si illud pctm̄ tm̄ dis- plicuit deo ꝙ filij seth q̄ fuerūt filij dei acceperāt filios cayn vt totꝰ mūdꝰ ꝓpt h̄ perijt q̄tū displicꝫ deo qn̄ ꝑsone secu lares se miscēt cū spūalibus.ꝛ ecōtra.
Non assumes nomen dei inuanū.

Eca[m]iquarti sūt

D q̄ peccāt ꝯ istud ꝑceptū ꝛ sunt q̄ murmurāt ꝯ deū. Et ē murmur q̄ rela cū impatiā i his q̄ dz hō facē fer re vl̄ sustinē patient. ꝯtra q̄s di Sap.j. Custodite vos a murmuratiōe q̄ nihil ꝓdest. Et.j. ad Coꝝ.x. neqꝫ murmura- uerit sic q̄dā ex ipis murmurauert ꝛ pe rierūt ab extiatiōe. Et Nu.xiiij.di. vsqꝫ q̄ h̄ multitudo pessima murmurat ꝯ me. Dixit dn̄a ad moysen ꝛ Aaron.dicite ġ eis.in solitudie hac iacebūt corpa vr̄a oēs q̄ murmurati estis:ꝛ supra hoc nō intrabitis in terrā super quā leuaui ma nū meam preter Caleph et Josue. Et ꝓpter istud peccatū misit dominꝰ igni tos serpentes in populū. Jō dicit bea-

tus Aug⁹ in ſmõe de murmure. Nec murmurauerítis ſicut quidã ex ipſis murmurauerũt ⁊ a ſerpẽtib⁹ perierũt. Quare a ſerpẽtib⁹: q2 ſerpẽs venenoſus ẽ ⁊ oĩs q̃ murmurat veneñũ diaboli in lingua portat. Primo quidã murmurãt eo q ſm merita hoĩm nõ tribuit pſperitatẽ ⁊ aduerſitatẽ in vita pñti. Et hec eſt etiã antiq̃ q̃rela gẽtilium ⁊ phoꝝ ꝓpter quã dixerũt plurimi mũdũ iſtũ nõ regi a deo ſ; a caſu. iuxta illud anticlaudiani i pñcipio. Sepe mihi dubia traxit ſnia mentẽ. Curarẽt ne ſuperi terrã: aut null⁹ ineſſet rector: ⁊ in certo fluerẽt mortalia caſu. Et idem dicit Boeti⁹ li.p̃ de ꝯſolatione metro quinto dicens. O ſtelliferi cõditor orbis ⁊c. Sequit ibidẽ. Oĩa certo fine gubernas. hoĩm ſolos reſpuis act⁹. Merito rector cohibere mõ. Nã cur tanta lubrica verſat. fortuna vices premit inſontes debita ſceleri noxia pena At peruerſi reſidẽt celſo: mores ſolio ſctãq; calcãt. Iniuſta vice colla nocentes latet obſcuris condita virt⁹ ⁊c. De hoc etiã legunt ꝓphe murmuraſſe. tñ nõ murmurauerũt: ſed potius admirãtes exclamauerunt. Quare impij ſunt ſublimati ꝯfortatiq; diuitijs. Job. xxj. ⁊ Hiere. xij. dicit. Quare via malorũ pſperat: ⁊ bene ẽ oĩbus qui p̃uaricant ⁊ inique agunt. Et Ps̃. ait. Vſq; q̃ dñe vſq; quo pctõres gloriabuntur. Rñr q flagella ⁊ infortunia valent ad multa: q2 ꝑmittit deus bonos flagellari ꝓpter multa q2 flagellũ ⁊ infortuniũ ſm Auguſti. ſup Ps̃. glorificat creatorẽ: compellit nobilitatẽ: erudit ignorantẽ: cuſtodit virtutẽ ꝓtegit infirmitatẽ excitat torporẽ: humiliat ſuperbientẽ purgat penitentẽ: coronat vincentẽ. Hec Aug⁹. Sunt igit flagella patiẽter toleranda: quia ſunt:

Creatoris glorificatiua.
Rebellantis attractiua.
Ignorantis imbuitiua.
Virtutum cuſtoditiua.
Infirmitatis ꝓtectiua.
Somnolentie excitatiua.
Familiaritatis oſtenſiua.
Superbie humiliatiua.
Peccatorum purgatiua.
Vincentis coronatiua.

Dico p̃mo q ſunt creatoris glorificatiua: q2 ſancti viri dũ tribulant tunc laudãt deũ. Sic gl̃ificauerũt ⁊ laudauerũt deũ tres pueri i fornace ignitiſſima: ⁊ q̃ſi vno ore bñdicebãt deũ dicentes. Bñdict⁹ es dñe de⁹ patrũ nr̃orũ. Sic etiã Job cũ deo ꝑmittente tribularet dixit: dñs dedit dñs abſtulit ſit nomẽ dñi bñdictuz. Sup q̃ beatus Greg⁹. Job ꝑcuſſus damno rerũ: morte filioꝝ: vim doloris vertit in laudem creatoris dicẽs. Sit nomẽ dñi benedictũ. Dubitat cur xp̃iani pre ceteris gẽtilib⁹ ⁊ ſaracenis magis tribulantur. Hanc queſtionẽ mouet victorin⁹ beato Auguſtino. Et rñdet Aug⁹ ꝑ illud dictũ euãgelij ſeru⁹ ſciẽs volũtatẽ dñi ſui ⁊ nõ faciẽs plagis vapulabit multis. Ser. ne. vo. do. ſu. pla. pau. va. Cũ igit xp̃iani magis ſciãt volũtatez dei q̃ alij q2 hñt legẽ ⁊ euãgeliũ ſequit q magis digni ſũt plaga q̃ alij q2 ſeru⁹ neſciẽs volũ. dñi ſui plagis paucis vapulabit.

Scdo ſũt rebellantis attractiua. videmus eñ q hõ ſupb⁹ ſm volũtatẽ carnis ⁊ põpã mũdi viuẽs deũ nõ curat: ſ; cũ de⁹ talẽ punit tũc coact⁹ ad deuz clamat dicẽte Ps̃. Ad dñm cũ tribularer clamaui ⁊c. Jõ ꝓbat Boeti⁹ li. ij. ꝓſa. viij. q melior eſt fortuna aduerſa q̃ pſpera. di. Pl⁹ reor aduerſaz fortunã ꝓdeſſe q̃ pſperã. Illa eñ ſp ſpem falſe felicitatis cũ videt tibi blãda mẽtitur. hec. ſ. aduerſa fortuna ſp vera ẽ ⁊ ī ſe inſtabilẽ mutatõe demõſtrat illa fallit h inſtruit poſtremo felix. a vero bono deuios blanditijs trahit. Aduerſa ple

tūqꝫ ad vera bona reducens vnco trahit. An hec inter minima existimādū putas: q amicoꝝ tibi fideliū mētes h aspa horridaqꝫ fortuna detexit. h boetꝰ. Querit nūqd possumꝰ deū rogare vt auferat a nob tribulatiōes ꝛ flagella q patimur. Videt q nō qꝛ dic̄ Jacobus. Beatꝰ vir q suffert tēptatiōez. Jaco.j. Itē nemo dꝫ rogare vt auferat ab eo illud qd ꝓficit sibi ad salutē. ſꝫ tribulationes sunt hmōi. ergo ꝛc. In oppositū est illud .ij. Coꝛ.xij. Ꝓpt qd ter dominū rogaui vt auferet a me stimulus carnis. Et ps̄. ait. Ad dn̄m cū tribularer clamaui. Et ill'd. Clamauerūt iusti. Rn̄r q h pōt fieri tripl'r. Prio qn̄ qs rogat deū vt totalit ab oi tribulatione ꝛ tēptatōe absoluat in h sc'lo. ꝛ illd nō est licitū cū vita hoīs sit tēptatio ꝛ bellū. ꝛ nemo coronabit nisi q legittime certauerit: talis peteret ꝯ salutē aīe sue Scdo petit h qs nō simpl'r ſꝫ si dō placuerit. Sic xp̄s orauit pr̄: trāseat a me calix iste: si n aūt: fiat volūtas tua. Tertio mō vt ds̄ det ei potētiā vincēdi vl' patientiā tolerādi tribulatiōes. Tertio sūt ignorātis ibuitiua. Nā p flagella multa expit q ante ignorauit. Dicit em̄ Esa. Vexatio dat intellectū. Jdo dic̄ Frācisc us petrarcha.li.j. de re.vt. fortu.ca.lxxij. Nulla rerū hūanaꝝ certioꝛ mgr̄a q aduersitas: ꝛ nulla discutiendis erroꝛibꝰ aptioꝛ. Jdo dic̄ Aug.li. xiiij. de ciuit. dei.c.xiij. Audeo inqt dicere supbis eē vtile cadere i aliqd aptū manifestūqꝫ petm̄ vn̄ sibi displiceāt q iā sibi placēdo ceciderūt. ps̄. Imple facies eoꝝ ignominia. ꝛ qrent nomen tuū dn̄e. Lyra sup eodē ps̄ ponit duo exēpla. Prio de sennacherib qn̄ angelus pcussit.c.lxxxv. milia hoīm ꝛ ꝯfusus recessit: nō qsiuit nomē dei ſꝫ ydoli sui. Jdeo a ꝓpriis filiis in tēplo occisus est. iiij. Reg. xix. ꝛ .ij. Paral.xxxij. hr q vidēs ppl'm ita ꝓstratuꝫ cū magna

ignominia i terrā suā reuersus ē. Dic̄ nicolaꝰ de li. vbi s. q plurimi qꝫ amici iterfecti sūt iputātes supbie sennacheribꝰ: qꝛ blasphemauit deū isrl' disponebāt eū interficere ꝓpt qd se ꝯuertit ad deū suū orandū ꝓmittēs si illud piculū euadē posset vellet ei imolare duos filios suos. Qd illi intelligētes eū interfecerūt. Aliud exm̄ de nabuchodonosoꝛ q elatꝰ in mēte sua dixit. nō ne hec ē babilō magn̄ ciuitas quā edificaui i roboꝛe ꝛ fortitudie mea. Sꝫ adhuc eo loqnte vox d celo ruit. Tibi di nabuchodonosoꝛ rex: regnū tuū transiet a te ꝛ ab hoibꝰ te eiiciēt ꝛ cū feris erit habitatio tua ꝛ fenū sicut bos comedes vtꝫ Danie.iiij. Ille rex q deū cognoscere noluit hūiliatꝰ deū cognouit: ꝛ ad deū rediit. Hec hn̄t i ca.xxiij.q.iiij.c. nabuchodo. Tertiū exm̄ patuit i paulo q psequebat ecciaꝫ dei nesciēs ꝛ igrās. Sꝫ cū deꝰ eū ꝓstrauit i via dixit. Dn̄e qd me vis facere. Act.ix. O qt adhuc peruit q tn̄ se nō emēdāt nec deū recognoscūt. Jdo b. Greg. i omel. qdā di. Cū recognosco iob i sterqlinio iobeꝫ esurientē i heremo: iacobū decollatū ab herode gladio: cogito qliter ds crucіabit i futuro iudicio qs ρ pat si ita dure affligit qs amat. Quarto ē ꝯtutū custoditiua ꝛ infirmitatꝫ sanatiua sic̄ dixit thobi. Magnꝰ es dn̄e in eternū ꝛ in oia secula regnū tuū qꝛ tu flagellas ꝛ sanas. Thob.xiij. Exm̄ pꝫ in petronella q in infirmitate succubuit. Cū em̄ iterrogaret petrꝰ qre eā nō sanaret. Rn̄. nō expedit ei. Vt aūt sciatꝫ q hēo ptātēꝫ dixit ei. Surge petronella ꝛ mistra nob. Stati surrexit sana mistrās illis. Et cōpleto misterio recidiuauit in infirmitatē. Jdo dic̄ apl's. Virtꝰ in infirmitate pficit. ij. Coꝛ.xij. Jtē cū infirmioꝛ tunc fortioꝛ sum. i. victoꝛ efficioꝛ. Quito ē somnolētie excitatiua. Sic̄ ei dormiēs excitat cuꝫ pungit: sic plerūqꝫ tardi et

pigri dū a deo tribulant̄ ad bonū exci
tat̄. Vn̄ btūs Aug⁹ in li. de vera inno-
cētia. Cū dn̄s inq̄t permittit vt aliq̄ tri
bulatiōe vexamur tūc misericors ē: q̄a
tūc excitat fidē ⁊ differēs adiutoꝛium:
nō auxiliū negat. Hui⁹ figurā habem⁹
Act. xij. de petro. Qui cū esset in carce
re dormiēs angel⁹ ꝑcusso latere ei⁹
excitauit eū dicēs. Surge velociter.
Sexto est familiaritatis extēsiua.
Jdō dicit ap̄lus ad Heb. xij. Quē eīn
diligit dn̄s: castigat. Flagellat omnez
filiū quē recipit. Jdō dic̄ Greg. xxvj.
moꝛaliū. c. vj. de magnis. ⁊. xvj. de par
uis. Electoꝝ est inq̄t hic ꝯteri: vt ad p̄
mia eterne hereditatis valeāt erudiri:
nīm est hic flagella ꝑcipe q̄bus fuat̄ d̄
eternitate gaudere. Jō ad iohem dicit̄
Ego q̄s amo: arguo ⁊ castigo. Jtē in
Exo xxvj. c. de magnis. ⁊. xvj. d̄ ꝑuis.
Manifestū inq̄t inditiū ꝑditiōis ē: q̄n
affectātis in iniq̄tatib⁹: seq̄ns fauet af
fect⁹: ⁊ nulla ꝯtrietas ipedit q̄d mēs ꝑ
uersa ꝯcepit. Hec ille. Nota exēplum
hui⁹ in legēda scti amb. de illo q̄ nūq̄
habu'it aliq̄d infoꝛtuniū. Septimo
est pctōꝝ purgatiua. Jō di. Vasa figu
li ꝓbat foꝛnax ⁊ hoies iustos tēptatio
tribulatiōis. Eccli. xxvij. Aug⁹ dic̄ in
li de vbis dn̄i. Attēdite inq̄t mundū
istū tanq̄ foꝛnacē artificis in vno an-
gusto loco hec tria sunt: auruz palea et
ignis. Palea exurit̄: aurū purgat̄. Seq̄t̄.
Sctōs eīn viros in sc̄lo isto aliq̄n tri-
bulat ꝓ pctis leuib⁹ vt q̄n moꝛiunt̄ si-
ne pena purgatoꝛij ad celū scādant: ꝫ
vtrū sit ꝓ pctis vl' ꝓ vindicta ignora-
tur vt pȝ. vij. q. j. cū ꝑcussio. Octauo
est supbie hūiliatiua. Cui⁹ exēplū ha-
bem⁹ i paulo ap̄lo q̄ de se dic̄. ij. Coꝛ.
xij. Ne magnitudo reuelationū me ex
tollat dat' est mihi stimulus sathane q̄
me colophizet. Jō legit̄ in vita alexan
dri magni q̄ cū esset grauiter vulnera-
tus i bello dixit. Si oēs filiū iouis me
esse dicitis istud me eē hoiem probat̄.
Nono sunt vincentis coronatiua vt
pȝ. ij. Timoth. iij. vbi dicit ap̄ls. Bonū
certamē certaui: cursuz ꝯsūmaui: fidez
fuaui. de reliq̄ reposita ē mihi corona
iusticie quā reddet mihi iust⁹ iudex in
illa die. Et Jacob⁹ ait. Btūs vir q̄ suf
fert tēptatiōez q̄m cū ꝓbat⁹ fuerit ac-
cipiet coronā vite. Nā q̄tiēs q̄s vincit
totiēs sibi i celo corona ꝑpat̄. Cui⁹ exē
plū habet̄ in vitaspatrū de q̄daz iuue-
ne q̄ veniēs ad q̄ndā heremita vouēs
vt cū eo maneret oibus dieb⁹ vite sue.
Cū q̄daz vice sene doꝛmiente iuuenis
vigilaret: tēptauit ipm iuuenē demon
de exitu monasterij suadēs vt ad sclm
rediret. Jntelligēs iuuenis suasionez
restitit ei p̄. ij. iij. iiij. v. vj. vij. Cūq̄ eui
gilasset senex: vidit i capite iuuenis se
ptē coronas aureas. Cūq̄ iuuenis si-
bi narrasset ordinē rei. intellexit eū il-
las coronas habuisse ꝓpter victoꝛiaz.
Scdō quidā murmurāt q̄ bona tpalia
nō largit̄ oibus eq̄liter fm meritū ⁊ di
gnitatē fm illud Matth. ij. Murmu-
rabāt aduersus pf̄em familias dicētes
Hij nouissimi vna hora fecerūt: ⁊ pa
res illos nob fecisti: q̄ poꝛtauim⁹ pon
dus diei et estus. De q̄ Aug⁹ li. ij. de
ciuit. dei. c. ij. dicit. nescim⁹ inq̄t q̄ iudi
tio dei. bon⁹ ille sit pauꝑ malus iste sit
diues. Jlle tristet̄. Jste gaudeat quē ꝓ
suis ꝑditis moꝛib⁹ cruciari debuisse ar
bitramur. Hec ille. Jdē Aug⁹ li. j. de ci
uita. dei. c. viij. Si nō ea de⁹ quibusdā
petētib⁹ euidētissima largitate ꝯcede
ret nō ad eū ista ptinere dicerem⁹ Jtē
si ea petētib⁹ oibus daret: nō nisi pro
pter talia p̄mia seruienduz illi arbitre
mur nec pios nos faceret talis seruit⁹
sed poti⁹ cupidos et auaros. Hec Au
gustinus. Murmurant etiaz aliqui di
centes. Quare deus dat malis tā mul
ta tpalia q̄ ei nō seruiunt nec eum dili
gunt. Respondetur q̄ hoc non facit si

ne causa sed ꝓpter quinqȝ rōnes. Prima est q̄ ṫpoꝛalia beneficia cōuertant ad deū. Cum em̄ nolūt timere pe nā gehēne vt desistant a peccatis tunc de⁹ ex sua bonitate beneficit eis vt sic eos alliciat ad se ꝛ se ꝯuertāt ad deum Ps. Dedit eis regiones gentiū. ꝛ laboꝛes populoꝝ possederūt. Ergo si es peccatoꝛ ꝛ deus tibi dat sanitatē ꝛ diuitias ꝛ honoꝛes. Tūc co gitare debes si de⁹ in pñti tibi benefa cit cū es inimicus ei⁹. q̄d tūc nō faciet Scōa rō est vt exemplū bñfaciēdi no stris inimicis nobis ōndat. vt p3 per btm̄ Greg. dicēs. Om̄is xp̄i actio nr̄a est instructio. Ergo qñ cognoscis deū benefacere inimicis suis sic tu debes exemplū accipe vt sic etiā facias inimi cis tuis. Matth. v. Oꝛate ꝓ ꝑsequēti bus ꝛ calūniantib⁹ vos: q2 ipe solē su um oꝛiri facit sup bonos ꝛ malos. Ter tia rō est vt null⁹ deo ꝑncipaliter ꝓ tē poꝛalib⁹ seruiāt que etiā decreuit ꝛ ma lis dare. S3 seruitiū debet fieri deo ex charitate quā h3 ad deū. Etiā spem d3 hr̄e ad deū q̄ de⁹ sibi hic in tpilib⁹ ad necessitatē ꝓuidebit ꝛ in futuro vitā eternā sibi dare velit. Matth. vi. Pri mū querite regnū dei ꝛ iusticiā ei⁹: et hec oia adiicient vobis. Quarta vt ex ꝓsperitate ꝯtinua filij dei ꝛ filij diabo li cognoscant. Quia hñs ꝓ ꝓsperitatē in tpalib⁹ ꝛ ex h̄ se nō emendat. est signū eterne dānatiōis. Vn̄ Greg. Magnus flux⁹ tpaliū est eterne dānatiōis inditiū. Cuius exemplū patuit in illo diuite de q̄ legit in vita sancti ambro sij. Nota ibidē. Quinta rō est vt mali hic remunerent ꝓ suis opib⁹ q̄ in peccato moꝛtali faciūt: q2 cum illis bonis opib⁹ que in pctō moꝛtali faciūt nihil merent q̄ ad vitā eternā. S3 ex q̄ nullum bonū manet irremūeratū. tūc op3 q̄ hic in terris p ista bona tpalia remu nerent. Si ḡ mali qñqȝ oꝛant qñqȝ elemosynā dāt aut ieiunāt ꝛ sic de aliis. ta lia opa remūerant h̄ in pñti vita p bo na tpalia. Et tales indurati timere deberent q̄ lignū aridū cū pinguedine ꝓfusū vehementius ardet. Sic q̄ in cra pula ꝛ voluptate bona eoꝝ ꝯsumūt ve hementius in inferno ardebūt. Apoca. xviij. Quantū se gloꝛificauit ꝛ in deliciis fuit: tantum dab it ei de luctu ꝛ toꝛ mēto. Ut ḡ aut hic mali remunerent ꝓ bonis opib⁹ que faciūt in pctis moꝛ talib⁹ aut vt eos ad bonū alliciat dat eis bona tpalia. Cui⁹ exemplū pōit albertus de padua sup illō. Quis ex vobis arguet me de pctō. Nota ibidem. Tertio quidā murmurāt ꝯtra deū de inequlitate pueroꝝ. Quia sepe dat pau perib⁹ m̄ltos pueros q̄ eos pascere ne queūt: ꝛ qñqȝ diuitib⁹ q̄ eos libent ha bēret dat paucos vel nullos. Rñr q̄ h̄ nō fit sine cā. Cū em̄ dñs paupib⁹ mul tos dat pueros: h̄ facit i signū dilectionis ꝛ nō est diffidendū qn pascet eos. Ps. Qui dat iumētis escā ipoꝝ: ꝛ pul lis coruoꝝ inuocātibus eū. Et tñ illis brutis aīalib⁹ nō ꝓmisit vitā eternam nec eos sua moꝛte redemit sicut nos. Jō di Matth. vi. Nolite sollicitj esse dicētes. Quid mādūcabim⁹ aut q̄d bibemus. Subdit. Primo q̄rite regnum dei ꝛ iusticiā ei⁹: ꝛ hec oia adiicientur vob. Jtē ps. Nunq̄ vidisti iustū dere lictū ꝛc̄. Scōo dat paupib⁹ qñqȝ mul tos pueros vt eos nutriēdo ꝓmia mereant in celis. Circa q̄d querit vtrū la boꝛ sit meritoꝛius quē parētes habēt i pueris. Rñdet q̄ sic dūmodo talis intentio sit in parentib⁹ q̄ intendāt pue ros nutrire ad honoꝛē dei. vt boni serui xp̄i fiant. ꝛ qñ parētes ipi sunt i grā laboꝛes q̄s hñt cū pueris cedūt eis ad meritū. s. lactādo: balneādo: calciando vigilādo: infoꝛmādo: coꝛrigēdo qñ delinquūt. Jsta oia erūt eis meritoꝛia f3 illud apl'i. Diligētib⁹ deū oia coopan

tur in bonum. Ad Roma. viij. Tertio dat deus multos pueros pauperibus in signum eterne beatitudinis. Ps. Labores manuum tuarum manducabis beatus es et bene erit tibi. Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tue. Filij tui sicut novelle olivarum. Ergo sicut deus multiplicat hic finem bonorum pauperum: sic in celo vult eorum gaudium: quia omnes qui nati sunt de ipsis et ad celum pervenerunt: deum eternaliter laudabunt. Et hoc erit eis speciale gaudium in perpetuum. Ergo pauperes non debent conqueri de multitudine puerorum sed deum laudare: et sic agere gratiarum actiones. Sed divitibus non dat multos pueros: et hoc propter tres causas. Primo propter ipsos parentes qui sunt avari ne amplius peccent per avaritiam propter multitudinem puerorum. quia quando quis est avarus si haberet multos pueros fieret magis avarus et sic deum plus offenderet. Secundo propter oppressionem pauperum: ne in tantum exactiones faciant in suis subditis. Si enim antea gravabant suos quid non facerent si haberent multos pueros. Tertio propter pueros ne damnentur cum suis parentibus. nam cum parentes habent res iniustas scienter: tunc deus ex misericordia sua talibus parentibus subtrahit generationem ne pueros generent ad damnationem: quia non solum parentes sed etiam heredes damnabuntur propter res iniustas. Ergo quilibet dives timere debet ne possideat iniustas res qui libenter vellet habere pueros. Cuius exemplum patet de usurario qui reliquit duos filios et unus patri successit. Et post mortem patris se mutuo mordebant ut canes et invicem maledicebant etc.

Explicit secundum preceptum.

Incipit tertium preceptum.

Memento ut diem sabbati sanctifices.

Queritur primo quare ad hoc preceptum addit hoc verbum memento cum non addat ad alia precepta. Respondetur quod hoc est propter tres rationes. Prima est quia de hoc precepto observationis sabbati prius mentio facta fuit Gen. ij. et Exo. xx. Ergo ad rem memorandam de illis que prius dicta sunt additur memento. De sanctificatione sabbati scribit Gen. ij. Benedixit deus diei septimo. Etiam Exo. vi. fit mentio de sabbato: ubi prohibet ne manna colligat in sabbato. Secunda ratio: quia hoc mandatum non obligat ad semper sed solum in certo die. Modo interruptio temporis solet inducere oblivionem. Tertia ratio est: quia hoc preceptum quod ad determinationem dei non fuit preceptum morale: nec est scriptum in hominis corde sicut alia precepta moralia. Ergo citius poterat fieri oblivio circa ipsum quam circa alia precepta. Ergo sibi addit hoc verbum memento. Hoc enim preceptum refertur ad spiritussancti bonitatem: et istud preceptum fuit homini datum propter sex rationes. Primo propter divini cultus vacationem ut ista die homo simpliciter devotioni studeret et quicquid boni alio tempore neglexerat hoc isto die restauraret. Ideo dicitur Gen. j. Benedixit dominus diei septimo et sanctificavit illum. id est ad usum eum applicavit. Ideo dicit magister senten. li. ij. di. j. Sicut factus est homo propter deum ut ei serviret: ita mundus factus est propter hominem ut ei serviret: et positus est homo in medio ut ei serviret: et ipse serviret. Si ergo totus mundus homini servit per totam septimanam cur homo non deberet deo servire per unicam diem qui mundum fecit propter hominem. Secundo est datum propter erroris gentilium extirpationem. Voluerunt enim philosophi gentiles probare mundum fuisse ab eterno. Ad cuius erroris exstirpationem mandavit diem

septimū in q̄ facta est ɔsummatio vni-
uersi sp̄ hr̄e memoriā dicēs. Exod. xx.
Memēto vt diem sabbati sanctifices.
Cui⁹ opinionis fuit arestotiles. vt3 in
viij. phisicoꝝ ⁊ multi alij q̄ posuerunt
mundū eē ab eterno ⁊ nō creatū. Jdō
dic̄ mgr̄ sentē. li. ij. di. j. Creationē rerū
insinuās scriptura deū eē creatorē ini-
tiūq3 tp̄is atq3 oīm visibiliū ⁊ inuisibi-
liū creaturaꝝ moyses in p̄mordio suo
ōndit dicēs. In p̄ncipio creauit de⁹ ce-
lū ⁊ terrā. His eteṁ v̄bis moyses sp̄ū
dei afflatus in p̄ncipio a creatore deo
mundū factū refert elidēs errorē quo-
rūda3. plura sine p̄ncipio fuisse p̄nci-
pia opinantiū. Plato nāq3 tria initia
id ē p̄ncipia estimauit deū sc3 ⁊ exem-
plar ⁊ materiā. Hec ille. Tertio p̄pter
cupiditatis rep̄hēsionē. Preuidit eṁ
d̄s tantā esse cupiditatē vt nisi aliqua
dies esset quieti aīe ⁊ corp̄is deputata
hō nō daret quietē sibi nec suis famili-
aribus ⁊ aīalib⁹. Itē Exo. xx. dictu3 ē.
Memēto vt diē sabbati sc̄tifices. stati
sequit̄. Nō facies in ea oīe op⁹: tu⁊
nec filij tui ⁊ ancilla tua ⁊ aīalia tua et
aduena q̄ est intra portas tuas. Quar-
to p̄pter diuinā bn̄dictiōem. Bn̄dixit
eṁ de⁹ diē septimū ⁊ sanctificauit illū
vt3 Gen̄. j. Ista eṁ bn̄dictio f̄m augꝰ.
nō est aliud q̄3 multiplicatio bn̄dictio-
nis dei. Licet eṁ in sex dieb⁹ oēs res
⁊ creature singule fuerint create: distin-
cte ⁊ ornate nō tn̄ an̄ diē septimū cepe-
rūt seipas mltiplicare vt capra p̄duce-
ret hircū ⁊ gallina galliū. plāta plantā.
S3 p⁹ diē septimū tūc oēs creature de-
derūt opam p̄ductioni ⁊ multiplica-
tioni sibi siliū: vt se multiplicarēt et
vnūq̄dq3 produceret sibi silē excepto
hoīe q̄ tanq3 decorat⁹ diuina scīa ei⁹ spe-
ciale mandatū debebat expectare quā-
do sibi placeret ⁊ generationi opa3 da-
ret. Conueniēs g̃ fuit vt talis dies in q̄
fuit data creaturis p̄dicta bn̄dictio ad

dei cultū dedicaret̄. Quinto p̄pter dei
cussio in omnibus habentibus potestatem est licita in suos subditos quando non fit ex vindicta. dubitatur vtrum percutienti vnam maxillam altera sit prebenda. Respondet Augu. in epistola de puero centurionis dicens. Precepta patientie magis sunt ad preparationem cordis quam ad opus quod in aperto fit vt in secreto teneatur animi patientia: in manifesto autem id fiat quod eis videtur prodesse ad salutem: quibus bene velle debemus. Unde et dominus Jesus se percutientem reprehendit dicens. Si male locutus sum testimonium perhibe de malo. Si autem bene: cur me cedis Jo. xviij. Et plus percussus in faciem dixit. Percutiet te deus paries dealbate Actuum. xxiij. Tertio vindicta fit cum peccato quando non debito ordine fit. quia per se homo vult vindicare et non per iudicem vel prelatum ad quos de iure pertinet vindicta. Non vos defendentes karissimi sed date locum ire. Ad roma. xij. Item dicitur ibidem. xiij. de iudice. Non enim sine causa gladium portat. dominus enim est vt minister et vindex in iram ei qui malum agit. Item patet vicesimatertia questione quinta. cap. primo et ca. reus sanguinis. et in multis capitulis. Queritur vtrum iniurie malorum sunt tolerande. Respondit Thomas secunda secunde. q. cviij. dicens quod mali tolerandi sunt a bonis in hoc quod iniurias proprias patienter sustinent sicut quod oportet Unde super canticorum. ij. Sicut lilium inter spinas. Dicit glosa. Non fuit bonus. qui malos tolerare non potuit. Secundo si eius iniuria redundat in iniuriam ecclesie non debet sustinere: sed se vindicare. Unde Augu. in epistola ad bonifacium et ponitur vicesimatertia questione tertia vbi Maximianus commendat episcopum inuocantem auxilium imperatoris contra hostes ecclesie dicit Augu. Si non fecisset hoc: non fuisset in eo laudanda sua patientia. sed reprehendenda sua negligentia. Tertio quando vergit in iniuriam dei tunc potest quis propriam iniuriam vlcisci vt patet de helia qui fecit ignem descendere super illos qui venerant ad capiendum illum vt patet. iiij. Regum primo. Legitur etiam de Thoma apostolo quod imprecatus fuit ei qui manu ei dederat alapam vt a canibus manus conuiuio portaretur non zelo vindicte exercende. sed zelo diuine iusticie et potentie manifestande. Sic silueſter papa excommunicauit eos qui miserunt eum in exilium vt patet vicesimatertia questione quarta cap. quilisarius patricius vester. Quarto quando vindicta propter odium fit quando solum appetit vindictam vt vindicet. non vt bonum iusticie conseruet. Ideo dicitur vicesimatertia questione quarta cap. quod christus. Ibi dicitur quod christus discipulos suos increpauit quia ignem de celo venire super eos gestiebant qui ipsum non receperant. Sequitur ibidem. Apostoli non zelo iusticie sed amaritudinis odio. ob iniuriam sue expulsionis vindicandam samaritanos igne volunt consumere dominus autem volens iniuriam proprie persone cum patientia et gaudio tollerare: iniuriam vero diuinam non inultam relinquere ait. Nescitis cuius spiritus estis hystoria primo Luce. ix. Sed diceres. Ex quo patienter sufferre debeo. rogo vt mihi aliqua dones documenta contra impatientiam: et qualiter me debeo habere in iniurijs illatis. Respondetur quod homo debet quatuor seruare. Primo vt eam in solacium conuertat de quo seneca ponit exemplum in libro de ira. Cum diogenes inquit philosophus quandam causam habuisset tractare cum lentulo. lentulus attracta pingui saliua expuit in faciem eius. Ille autem faciem extergens dixit. Affirmo enim o lentule omnes falli qui negant te os habere. Ideo dicit seneca. In-

iuria data in risuʒ iocū[que] vertatur. Secūdo vt iniuriā recepisse obliuioni tradat. Cuius figura habet Genesis. xli. de Joseph qui fuit oblit⁹ scelus fratrū suorū dicēs. Obliuisci fecit me de⁹ omniū malorū. Ideo dicit Salomon Eccles. viij. Oīs iniurie pximi tui ne memineris. Tertiō vt in iniurijs mā̄suete respondeat. Ideo dic̄ pb̄us ꝙ mansuetudo est quietatio ire. Prouerb. xiij. dī Responsio mollis frangit iram. sermo aūt durus suscitat furorem. Narrat seneca vbi supra de augusto cesare. ꝙ cū qdā dicēt ei. o tyrāne. o tyrāne. Rūdit. Si essem tyrān⁹ nō diceres illa. Quarto vt iniuriā recepisse neget. De q̄ Seneca vbi supra. Quid facit sapiens calaphis pcussus? Rūdet. Faciet sic Catho. quē cū qdam in os pcuteret: negauit se iniuriā ab illo recepisse. Ideo dicit apostol⁹. ij. ad Corint. xij. Libent sufferitis insipiētis: cum sitis ipi sapiētes. Notādum ꝙ iniuria est duplex. s. grauis et leuis. Leuis est q̄ modica impulsione vel pcussione palme man⁹. pedis. vel lapid s. aut baculi illata ē. Sʒ grauis iniuria est membrorū mutilatio. fractio dentio capillatio. magna effusio sanguis. Nota ꝙ iniuria fit tribus modis. s. re: cum man⁹ inferunt. verbis qn̄ fit conuiciū. lr̄is cum aliq̄s ad infamiam alicui⁹ libellum vel famosuʒ carmē pficit. scribit. vel pdit. Quod est pena capitis. vt pʒ. C. de famosis libellis. l. vnica. Itē fm canones sunt excōmunicādi. vtʒ. v. q. j. ca. Quidā maligni. et ca. sequēti dī. Hij qui inuēti fuerint famosos libellos in ecc̄ia ponere: anathematisent. Et ibidēʒ ca. Si quis famosuʒ libellum siue domi siue in publico siue in quocū[que] loco ignar⁹ repperit: aut corrumpat prius q̄ʒ alter inueniat. aut nulli pdicat inuētum. Si vero nō statim eūdem cartulo corruperit vel igne combusserit: sed earum dolose manifestauerit: sciat se quasi auctorem huiusmodi delicti. capitali sententie subiugandū. Hec ibi. Item quidam sunt qui iniuriam facere nō possunt. vt furiosus: et impubes et fatui. qui doli capaces nō sunt.

Queritur. Utrum inimicis veniam petentibus: teneamur remittere? Uidetur ꝙ sic. Ad Colocenses tcio. Donantes vobismetipsis si quis aduersus aliquem habʒ querelam. Item Saluator Dimittite et dimittemini. Respondet q̄dam super. iij. sniarum. Ex nimio damno illato alicui: solent tria oriri. scilicet Rancor in corde. Signa rancoris in opere. Actio iuris contra iniuriantem. Primum tenet homo statim dimittere veniam veraciter petenti et pacto se emendare fm facultatem suam. De quo potest intelligi Luce. xvij. Si reuersus fuerit ad te dicens Penitet me. Dimitte illi. Immo etiam si nō petat: adhuc tenetur homo remittere signa rancoris.

Pro intellectu illius est sciendum. ꝙ duplicia sunt signa rancoris. Propinqua scilicʒ ex quibus potest quis faciliter cognosci vtrum gerit rancorem contra alium. Sicut si prius locutus est ei: salutando eum. et hoc iam non facit. Alia sunt signa remota. ex quibus non potest faciliter cognosci vtrum odium gerat: vt si non totiens loquitur ei. Uel non totiens vadit ad domum eius vt prius. Talia tenetur hō remittē. Tercium scilicet actionem iuris contra iniuriantem non tenetur homo dimittere: nisi ille sibi satisfaciat fm suuʒ posse. Ideo dicitur in Decretis. xxiij. questio. iiij. Si illic. Neme tenetur remittere iniuriam: nisi sibi satisfactum sit. Ideo etiam dicitur de iniurijs et dampno datis. capitulo. Si rixati fuerint homines. et percusserit alter fratrem suum lapide. vel pugno. et mortuus non fuerit: sed iacuerit in lecto. qui percusserit operas eius scilicʒ amissas

⁊ expensas in medicos restituat. Et sic
de alijs damnis ibidē. Quinto est pec
catū qn̄ in passione vindicte nimis se-
uit ab intra ⁊ ab extra. sic q̄ nō curat fa
cere cōtra pceptuꝫ dei vel charitatē ꝓ
ximi cū maledictiōibus ⁊ blasphemijs
contra quos Frācıscus petrarcha de
re. vtri. fortu. dicens. Da ire spacium:
da cōsilio tēpus. frena impetū. Defert
aut desinit aut lentescit breuis hora ce
dit iratū equor. Seqtur. Plus teipm̄
leseris q̄ȝ hostem. Illi corpus forsitan
aut opus tibi aiam famāq; corpis. Hec
ille. Sūt qdam q̄ ꝓpter paruā offensaꝫ
eis illatā excellent inflāmant. ⁊ cū ver
bis ⁊ factis se parāt ad vindictā. quod
tamē nō expedit. Cuiꝰ exemplū in Lu
po patuit: q̄ leuiter offensus a capra fu
erat que semel insperat euꝫ ꝓpter qḋ
lupus sp ei minabat mortē. Finalit lu
pus ⁊ capra statuerūt diem q̄ vellent
mutuo cōuenire vt qlibet ꝓponēt ius
suū. Vulpes debuit esse iudex Adijt ca
nes rogans q̄tenus irent secū ꝯtra lu-
pum tenēdo diē. Qui venıētes cum ea
tū occultandose in arbustis. Conque-
ritur lupus vulpi de iniuria sibi illata
vulpes vidend canes latitātes dixit lu
po. Chare frater ꝯsulerē tibi. vt tā par-
uā iniuriā nō vindicares: ꝫ remitteres
Rn̄dit lupꝰ. Nequaq̄ȝ. arripiēs capraꝫ
ꝑ collū. Qua vociferāte mox canes ve
nerūt ita q̄ vix euasit. Tandē veniens
ad vulpē cōquestus est se terribilit la-
ceratū. Rn̄dit vulpes. Nōne dixi tibi
q̄ tā paruā iniuriā nō deberes vindica
re. Sic exēplarit cōtingit illis q̄ paruā
iniuriā excellent voluīt vindicare. Sex
to pōt fieri sine petō. ⁊ hoc tribꝰ mōis
Pmo ꝓpter maloꝝ correctōem. Sunt
eīn pene: q̄daꝫ medicine peccātiū. Vn̄
tpalem penā optare petōribus: vt cor-
rigant ⁊ a peccatis desistant. dei bene-
ficij est indiciuꝫ. Sic eīn scribit. ij. Ma
chabeoꝝ sexto. Et eīn non sinere mul-

to tēpore peccatoribus ex sentētia age
re: ꝫ statim vltiones adhibere. magni
beneficij indicium est. Secūdo propt
boni publici conseruatōem. Dicit eīn
Gregorius vicesimosecūdo moralium
Euenire plerumq; solet vt non amissa
charitate inimici nos ruina letificet.
Et rursus. Eius gloria sine inuidie cul
pa contristet eum ruente eo quosdā be
ne erigi credimus. ⁊ ꝓficiente illo plu
res iniuste opprimi formidamus. Ter
tio propter diuine iusticie manifestatō
nem. Si eīn nullo modo vindicta ma-
lorum esset appetenda: propheta nō di
xisset. Letabitur iustus cuꝫ viderit vin
dictam. Sic Moyses occidit. xxiij. mi
lia hominū propter ydolatriam. vt pa-
tet Exodi. xxxij. Non zelo vindicte: ꝫ
zelo diuine iusticie manifestande. Nō
eīn debemus nosmetipos vindicare ꝓ
pter multa. Pmo quia ex tua vindi-
cta vel defensione post illatam iniuri-
am nullus fructus sequit. Si eīn eruis
oculum eius qui eruit tuū: propter hoc
non restituit tibi tuus. quia si quis cō-
tra legem te percutit: dignus est vt re-
percutiat. Sed tu non es dignus vt e-
um repcutias: q: es discipulus eius. q̄
pcussus non repcutiebat. Quare si tu
repcutis nō solum te suū discipuluꝫ eē
negas verbis: ꝫ etiam factis Genesis
xxxvij. Quid ꝓdest nobis si occideri-
mus frēm nostꝝ: Secūdo q: fructū pa
tientie perdis. Nam si malum ꝓ malo
reddis: fructum patientie ꝑdidisti. Si
malum ꝓ malo non reddis: membrum
ꝑdidisti: sed fructū patiētie quesiuisti.
quia dixit Jesus. In patientia vestra
possidebitis aīas vestras. Et Jacobi
pmo. Patiētia ꝑfectum opus habet.
Tertō. q: cām tuam iniustam facis. vn̄
Ps. Si reddidi retribuentibus mihi
mala ⁊c. Quasi dicat. cadam a iusticia
mea. Jō dicit apostolus ad Rom. xij.
Noli vinci a malo: sed vince in bono

ã aliū. Quarto de⁹ melius vindicabit te ĩ ei vindictã seruaueris. Sicut em̄ est eternus: ita eternū vuln⁹ infligit Mathei. xxv. Ibūt hij in suppliciū eternū. Ideo ipe dicit. Mihi vindictaʒ: ⁊ ego retribuā: Dicit dñs ad Romañ. xij. Et ad Hebre. x. Deutro. xxvj. Prouerb. xxij. Quinto facit ꝯtra euangeliū Mathei. v. Dictū est antiquis. Oculum ꝓ oculo dentem ꝓ dente ⁊c̄. Ego autē dico vobis. nō resistere malo. Ideo dicit Apl's ad Roma. xij. Nō vos defendētes charissimi sed date locum ire. Sed cōtra. paulus vt se ab iniurijs liberaret cōminatus fuit militibus. se afferēs ciuem romanū vt patʒ Actuū. xxij. Ergo resistebat malo id est violentie. Itē canon cōcedit defensionem sui in casu in *quo aliquis vellet* aliū occidere. et ille defenderet se. inuasorē occidēdo ꝙ tūc nō esset irregularis vt ptʒ extra de homicidijs. c. vnico in cle. Ergo resistere malo est licitū. Rñdet resistere malo vl' repellere iniuriã ꝯtingit dupl'r. Aut liuore vindicte ⁊ sic nunꝙ licet. Aut zelo iusticie ⁊ hoc etiã dupliciter. Aliquã do verbis persuadendo ne inferat iniurias scilicet omnib⁹. Et isto mō resistebat paulus vt allegatū est. aut fact' repugnãdo ⁊ hoc adhuc dupl'r vl' iniuria tunc est publica ⁊ ineuitabilis. quo ad mortē. ⁊ tūc licet iussu ṗncipis vl' militis seu communis officialis. cui ex officio *incūbit iniuriatos defendere.* Uel talis iiuria ē personalis ⁊ ṗuata. ⁊ tūc si ē necessitas ineuitabilis q̄ vitari nō pōt. nec ꝑ fugã nec ꝑ aliud impedimentū sic ꝑmittit clerico ⁊ layco defendere se ⁊ vim vi repellere licet cū moderamine iculpate tutele. Xp̄us aūt loquebat illud. s. nō resistere a malo ad ꝑsonas ṗuatas de iniuria ṗuata. non ad ꝑsonas ꝯmunes ⁊ officiales. q̄ ex lege ⁊ zelo iusticie maleficos habēt corrigere. Legit in speculo hystoriali li. xviij. c. lxxj. d sã cto machario. Qui q̄dam die dū in cella sua sederet ⁊ a culice vulnerat⁹ fuissʒ in pede. dolensq̄ʒ manu sua eū ꝑemit q̄ moriens plurimū cruoris effudit. Reprehendēs igit se ꝙ iniuriã ꝓpriã vindicasset ita se ꝯdemnauit vt in pratis nudus ꝑ sex mēses sederet vbi ꝑ culices ⁊ scabrones plurimū ꝑforatus ē in cute. sic ergo illic totus exulceratus ē vt omnibus suis mēbris elephãtosus apparēt. Itē de mira patiētia pħoꝝ li. iij. de tra Itē de dyogene pħo de q̄ dicit Sene. tractanti causam de lentulo. Qui attracta pingui saliua in ore suo spuit in frōtem pħi mediã. Ille abstergēs faciē suam dixit. O lentule affirmo omēs falli q̄ te negant os habere. Et sic iniuriam in risum ꝯuertit. Itēʒ ibidē de patiētia ṗncipum. cū ad regem philippū venissent legati atheniensiū ait ad eos pħs Quid possū facere qđ sit gratū atheniensib⁹: Rñdit vnus ex legatis. Te inq̄t suspēdere eēt gratū. Et cū ꝯtra eum ministri regis vellent irruere. ꝓhibuit rex dicēs. Renūciate athenieñsib⁹. multo suꝑbiores eē illos q̄ ista dicūt: q̄ʒ impune audiūt. Itē de patiētia ꝯiugū dī vitas pħoꝝ de socrate. Qui cū p⁹ multas iniurias vxoris fuisset aqua immūda ab vna ꝑfusus. nihil aliud rñdit q̄ʒ sciebã ꝙ post istud tonitruū debuit venire pluuia. Itē de patiētia sancti martini q̄liter cū baculis ⁊ flagris fuit percussus a militib⁹ ⁊c̄. Scđo inuenit vindicta q̄ ē equitatis ⁊ iusticie quã facit ṗlatus aut iudex fidelis. De quo dicitur ad Rom. xiij. Uis aūt nō timere potestatem: bonū fac. Sequitur. Si autem male feceris time. Non eniʒ sine causa gladium portat. Dei enim minister est vindex in iram ei qui malū agit. Non enim debet se vindicare: sed lesum ostēdere ꝯmittēdo deo qui dixit Mihi vindictam: ⁊ ego retribuam. Dubitat vtrū iudex debet vindicare ꝓximum lesum

ꝫm legem talionis que ponit Exo. xxi Reddat aiam ꝓ aia: oculū ꝓ oculo: dē tem ꝓ dente. manū ꝓ manu. pedem ꝓ pede. Itē Leui xxiiij. ⁊ Deut. xix. Rn̄detur ꝙ in lege iudeoꝝ fuerūt triplicia ꝑcepta. Prima moralia. vt decem ꝑcepta: quoꝝ oppositū nullo mō fuit licitū. Alia fuerūt ceremonialia. que cessauerunt sicut dixit apl's ad Galat. v. Si circūcidamini: xp̄s vobis nihil ꝓdest. Tercia fuerūt iudicialia qbus vti possum⁹ si expedierit. Ergo iudices si ꝫm leges taliōis iudicarēt. nō peccarēt dū modo hoc ꝓ lege statuerēt. Dubitatur secūdo vtrū iudei omnia punierūt ꝫm legem talionis. Rn̄detur ꝙ nō quia dicit magr̄ sup leuitico. ꝙ nō ad iniurias rerū exterioꝝ: sed corpoꝝ. lex talionis extendebatur. quia ꝓ vno boue furato quinqꝫ boues: et pro vna oue quatuor oues reddebant. Dicit augustin⁹. lib. xxi. de ciuita. dei ꝙ tulius octo genera penarū in lege fuisse scribit. scꝫ damnū vincula. verbera. talionē. ignominiam. exiliū. mortem ⁊ seruitutem. Nam pena damni inferebat ꝓ culpa furti. vt pꝫ Exod. xxij. Si qs furat⁹ fuerit bouem qnqꝫ boues restituat. Pena carcerꝭ inferebat ꝓ pctō cui⁹ pena nō erat taxata in lege sicut legit Numer. xv. ꝙ filij israel inuenerūt quendā hominē colligentē ligna in die sabbati. Quē recluserūt i carcere donec ꝯsuluerūt dn̄m qua pena eēt puniendus. Pena verberꝭ inferebat ꝓ pctō ꝫm arbitriū iudiciū. vt qn̄ iudices eū q̄ peccauit videbāt eē cōdignū plagis faciebāt eū ꝓsternere ante se ⁊ coram eis fecerunt verberari sicut dicitur Deutro. xxj. Pena aūt talionis puniebatur illi q̄ inueniebant aliquos percussisse vel mutilasse in membris ⁊ illi q̄ falsum testimoniū dicebāt ꝯtra ꝓximū suū. Pena v̓o ignominie ⁊ verecundie inferebatur illis qui nolebant accipere vxorem fratris sui defuncti. Tunc enim tollebant calciamenta de pedibus suis ⁊ spuebant in faciē suā vt patꝫ Deutro. xxv. Pena exilij puniebantur illi qui casuale cōmittebāt homicidium per ignorantiam vel alio mō Et tunc debebant stare in ciuitatib⁹ refugij vsqꝫ ad mortē summi sacerdotꝭ vt patet Nūe. xxxv. ⁊ Deut. xi. Pena vero mortis puniebantur illi qui maledicebant patri vt patet Leuiti. xx. Et qui erant filij nolentes se corrigere de luxurijs ⁊ ꝯmessationibus ⁊ tales a populo debebant lapidari vt patet Deut. xxj. Pena seruitutis inferebatur illis q̄ nolebāt vti bn̄ficio legis. Mādabat ei lex Exod. xx. ꝙ seruus emptus in septimo anno potest egredi liber a domino suo. Si ergo volebat stare ⁊ non vti beneficio legis in perpetuū efficiebatur suus Multis ergo penis puniebat lex moysi preter penam talionis. Sic etiam iudices xp̄ianorum possunt puniri multis alijs modis q̄ꝫ pena talionis. Nō ergo habet vim obligandi. quia tale ꝑceptum fuit iudiciale preceptū. cōcessum iudeis ꝓ dispositione status eorum. qꝛ translato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat. Licitū est tn̄ iudici vl' ecclesie de nouo ꝓ dispositione status ꝓsentis populi statuere tali pena eē aliq peccata puniēda. Scribit em̄. iij. q. viij ꝙ si quis obijcit crimen alicui. offerēs se ꝓbaturum obligat se ad talionem si i ꝓbatione deficiat. Igitur q̄ꝫtum ad obligationē illius legis pena talionis est remota sicut omnia iudicialia non tamen q̄ꝫtum ad punitionem peccatorū Tercia vindicta est auctoritatis ⁊ potētie quam fecit deus in celis in presenti ⁊ in futuro. De qua Deutro. xxxij. Vindictam retribuet in hostes eorum scilicet bonorum. Hieremie. xxxvj. Vindictam tribuet inimicis suis de qua etiaꝫ vindicta dicitur Apoc. vj. Omnes sancti clamāt. Vindica domine sanguinē

strum qui effusus est. Quod augusti-
s exponens in questionib⁹ veteris et
ui testamenti dicit q anime occiso-
clamāt vindicari se postulātes sicut
nguis abel clamauit de terra nō voce
ōne. Nā op⁹ opificē laudare dicit p
oc q videntē oblectat. Nō em̄ taz im
tientes sunt sancti vt vrgeāt fieri qd
unt tpe pfinito futurū. Aliter expo-
t hyamo ibidē dicens. Sciendū inqt
illi sancti iam in conspectu creatoris
i cōsistentes vident voluntatē illi⁹ et
ipso creatore accipiunt qd ipsum fa
re velle nouerunt. Et subdit. Petūt
it vindictam de inimicis duobus mo
s. et hoc rōne charitatis: vt. s. q ad vi
m eternam pdestinati sunt cōuertan
r a malo ad bonum. Qui vo psciente
eo damnandi sunt moriant et peccare
esistant. Et vt per hoc minorez penā
inferno habeant. vbi vnusqsqz sm q
tatem operū sustinebit magnitudinē
enarū. Quod petere: vtiqz charitatis
t. Scdo petunt vindictā. qz optant ve
ire diem extremi iudicij: et resurrectio
ē corporū suoz. h haymo. De hac vin
icta dicit valerius li. vij. c. ij. Lento ei
radu ad vindictam sui diuina iusticia
ocedit. Cum aūt venerit pcutit quan-
oqz multos tpaliter non eternaliter p
ter prauitatem vnius psone. Dicit san
tus Thomas in scda scde. q. centesi-
na. q deus punit pena corporali vnum
p alio tripliciter. s. Propter participa
ionem cōmunitatis nature. ppter imi
ati onem criminose culpe et propter in
orpatiōz psone colligate. Primo punit
ro alio qui pticipant naturaz. sicut cor
us filij punit p peccato patris. Sic pu
iti fuerunt infantes et pueri sodomoz
t patet Geñ. xix. ppter peccata paren
um Et chanaan p peccato cham pa-
ris sui. Secundo punitur vnus pro a-
io propter imitationem criminose cul
e vt quando imitatur culpam alteri⁹.

sic etiam punitur filius pro patre inqz-
tum ex peccato patris etiam ipse pec-
cat malū exemplum sumendo. Ad istū
intellectum loquitur dominus Leuiti.
xx. Ego deus zelotes visitans iniquita
tes patrum in filios vsqz in terciam et
quartam generationem. Sicut patet in
vsurarijs et in male acquisita habenti-
bus. Ideo inde trahitur prouerbium.
De male acquisitis: non gaudebit ter-
cius heres. Tercio punitur vnus pro
alio ratione incorporationis persone:
quando scilicet est membrum vnius cor
poris quod ratione alterius meret pu-
niri. quia interdum pena vnius redun-
dat in omnes. Sic pro peccato recto-
ris punitur quandoqz populus inquā-
tum rector est caput istius. vt patet. ij.
Regū vlti. de peccato dauid numeran
te populum. propter quod sunt occisi:
lxx. milia hominum in pestilentia. sic
puniuntur boni pro peccatis malorum
Sic propter peccatum Achar qui fura
tus fuerat cōtra preceptum domini de
anathemate id est de bonis interdictis
a deo et illicitis ciuitatis Jericho pro-
pter quod populus israel traditus ē in
manus hostium vt patet Josue. vij. q
sicut patet in corpore humano aliquan
do propter peccatum factum a manu:
eruitur quandoqz oculus et propter pec
catum factum a lingua: sicut infamia et
falsum testimonium: interdum abscin-
ditur pes vl manus: quis sunt membra
vnius corporis: et pena vnius membri
redundat in totum corpus. Sed con-
tra predicta scribitur Ezechiel. xviij.
Filius non portabit iniquitatem patris
nec econuerso. Ad hoc respondet san-
ctus Thomas vbi supra. q hoc intelli
tur de pena spūali scilz de pena anime:
quia non punietur anima filij pro pec-
catis patris: nec econuerso. quia anima
est a deo: corpus autem a patre. Etiam
intelligit de pena eternali: non tpali.

Non occides.

Tercij sūt qui pec
cant cōtra illud p̄ceptū. Nō oc
cides. verbaliter et ore. Primo cōsen-
tiendo in mortē proximi sicut achab in
mortem naboth. Nam Jesabel vxor a-
chab regis samarie occidit naboth per
duos falsos testes vt achab possideret
vineā ei⁹. Et factus est sermo dn̄i ad he
liā dicens. Hec dicit dn̄s. Occidisti. in
super possedisti. Et post h̄ addidit. Hec
dicit dn̄s in loco hoc in quo linxerunt
canes sanguinē naboth. lambent quo-
q̄ tuū sanguinē. Historia ponit. iij. Re
gū. xxj. Cōtra quos scribit. lxxxvj. dis.
c. Facientis proculdubio culpā h₃ q̄ qd̄
pōt corrigere negligit emendare. Scri
ptum quippe est. s. leuitici. xx. Nō solū
qui faciunt ℥ etiā q̄ cōsentiūt facienti-
bus participes iudicant. Sequit. Negli
gere cū possis perturbare puersos: nihil
aliud est q̄ eos fouere. Nec caret scru-
pulo societatis occulte. q̄ manifeste fa-
cinori desinit obuiare. Idē di. lxxxiij.
di. c. Error cui nō resistitur approbat:
veritas cū minime defensat opprimit.
Idē. xxiij. q. iij. c. Qui pōt obuiare et
perturbare puersos z nō facit nihil aliud
est q̄ fouere impietatem eor̄. Idē. xi.
q iij. ca. Qui peccantib⁹ consentit z de
fendit aliū delinquentē: maledict⁹ erit
apud deū z hoies. Et infra. Si quis al
terius errori consentit sciat se cum illo
simili mō culpabilē iudicādū. Hec Isi
dorus. Idem dicit. ij. q. vij. ca. neglige-
re. Ergo oēs consentientes in mortem
alicui⁹ innocentis sunt homicide corā
deo. Iste consensus pōt fieri dupliciter.
Aut cōsentiēdo expresse in mortē alicu-
ius aut non impediendo dū possit: q2 si
vetat malū fieri cum possit. Ergo q̄n in
cōsilijs tractat negociū vn̄ possit fieri
aut seq̄ sanguinis effusio: aut innocen-
tum oppressio: debetis videre quō asse
tiatis ne participes criminis efficiamini
z ne homicide efficiamini forte nō mi-
nus q̄ illi q̄ manibus occidunt. Ideo
dicit dn̄s p̄ prophetam de quolibet corū
Sanguinē eius de manu tua requiram
Ergo iudei q̄ consenserunt in mortem
xp̄i: fuerūt mirabiliter puniti. Secūdo
mō h₃ fieri homicidiū ore z etiam voce
mandando vt legit de herode q̄ mittēs
occidit multos pueros q̄ erant in beth
leem z in finibus eius. Sic pharao mā
dauit submergi pueros hebreorū. vt p₃
Exo. ij. Propter hoc idem in aquis cū
suis submersus est. Sic herodes māda
uit occidi Johannē. vt₃ marci. vj. Ideo
dicit de reg. iu. li. vj. qd̄ q̄s facit p̄ aliū
tantū est ac si faceret p̄ seipsum. Ideo ta-
les cum iubent homicidiū fieri: homi-
cide iudicant. vt patet de peni. dist. j. c.
periculose. Sic multi tyranni occiderūt
martires aut p̄ carnifices aut p̄ bestias
zc. Sic etiam q̄ mandat aliquem verbe
rari l₃ expresse inhibeat: ne occidat vl-
latenus vel in membro aliquo mutilet
irregularis efficit si mandatarius fines
mandati excedens mutilet vel occidat
vt p₃ extra de homici. c. Is q̄ mandat
li. vj. Tercio habet fieri homicidiū in
voce ꝯsiliū dando sicut cayphas fecit
in cōsilio contra xp̄m dicens. Vos ne
scitis quicq̄. Expedit enī vobis vt vn⁹
homo moriat pro populo: ne tota gens
pereat. De hoc genere homicidij di. de
pe. di. j. c. Periculose se decipiunt. qui
estimant eos tm̄ homicidas esse q̄ ma-
nibus hominē occidunt z nō poti⁹ eos
p̄ quor̄ consilium z fraudē z exhortati
ones homines extinguunt. Nam iudei
nequaq̄ proprijs manibus interfecerūt
xp̄m: sicut scriptū est Jobis. xviij. No
bis nō licet interficere quēq̄. S₃ tn̄ illi
domini mors imputatur. q2 ipsi eū lin-
gua interfecerunt dicentes. Crucifige:
crucifige eum. Hec aug⁹. De illo con-
silio prophetauit Jacob Geñ. xlix. Sy-

mcon ꝛ leui vasa iniquitatis: in eorum consilium nõ veniat aīa mea. qꝛ occiderunt virum in furore. Quia de illis tribubus fuerũt qui xp̄m occiderũt. Nam pharisei fuerũt de tribu symeon: sacerdotes autē de tribu leui. Istud consilium fuit malũ. Nam consiliũ debet esse de tribus iustis. sed istud fuit iniustũ: quia ꝯtra iustum. qui peccatũ non fecit nec inuentus est dolus in ore ei⁹. Secũdo nõ fuit ꝓspectũ ad futura qd̄ req̄rit ad consiliũ. qꝛ dicit Aristo. ꝙ de preteritis nõ est consiliũ. nec de p̄senti cum parum perseuerēt. Ideo dicit in Prouerbi. Quicq̄d agis prudēter agas et respice finem. Sed tale nõ fuit consilium iudeorũ. quia futura nõ bene ꝓspexerunt. Unde propter peccatũ mortis xp̄i destructi sunt iudei: atqꝫ ꝑ totũ mũdum dispersi. Tercio cõsilium dꝫ eē deliberatiuũ. quia dicit seneca in ꝓuerbys. Duo sunt contraria consilio scilicet festinãtia ꝛ ira. Dicit ibidē idē. Deliberandum est diu quicquid faciendũ est semel. Sed consilium iudeorũ contra xp̄m nõ fuit deliberatiuũ ꝫ statim audita resuscitatione lazari cũ festinatione ꝛ iracondia cõsilium ꝯtra xp̄um inierunt. Quarto debet esse secretum. nam in laude romanoꝝ dicit Vale. li. j. c. ij. ꝙ cõsilia sic tenebãtur archana vt multis seculis nemo senatorum ea enunciauerit. Dicit ibidem de pompeyo li. iij. ca. iij. Qui dum captus esset ꝑus digito lucerne apposito. deinde alijs penis afflictus cõsilia senatus nũq̄ prodere voluit. Sed consiliũ iudeorũ ꝯtra xp̄m nõ fuit secretũ: qꝛ statim xp̄s ꝛ discipuli eius cognouerũt. Tales homicide etiã sunt illi q̄ cõsulũt p̄ncipibus guerras ꝛ discordias. vñ multa sequantur homicidia innocentiũ ꝛ pauperum. O quot sunt homines modernis temporib⁹ occisi. submersi. in cippis iugulati. in istis guerris p̄ncipũ. quorũ sanguis vt abel in celum deũ cõtra eos instigat. sm̄ ꝙ dicit Ioh. in Apoca. Audiui voces inq̄t occisoꝝ clamantium ꝛ dicentium. Uindica sanguinē nostrum deus noster. Nota de cõsiliarijs superius in quarto precepto. Quarto habet fieri homicidiũ instigando sicut de dyabolo dicit Io viij. Ille homicida erat ab initio. Sapient. ij. Inuidia dyaboli mors introiuit in orbem terrarũ. Imitãtur aũt illũ q̄ sunt ex ꝑte illius. Ergo sunt imitatores dyaboli q̄ aliũ instigãt ad homicidiũ. Quinto false iudicando De illa nota infra. Sexto false accusando sicut falsi testes quod nota infra in sermone de iudicio.

Quarto peccãt cõ

tra illud p̄ceptũ detractores. de q̄bus dr̄ de pe. di. j. c. Homicidioꝝ tria genera dicebat eē beatus petrus et penã eorum parilem esse dicebat. Sic em̄ homicidas īterfectores fratrũ: ita ꝛ detractores quoqꝫ eoꝝ. eosqꝫ odiētes homicidas eē manifestabat. Ideo dr̄. vj. q. j. c. Sũma iniquitas est fratrib⁹ detrahere ꝛ accusare. Unde scriptũ est Ioh. iij. Omīs qui detrahit fratri suo: homicida ē. Et omīs homicida nõ habꝫ partem in regno xp̄i ꝛ dei. Et dicit. xj. q. iij c. Nemo peritoꝝ ac prudētum putet ꝙ minus sit periculũ i verbis lingua mētiēdo q̄ꝫ manibus fundēdo sanguinem Hos vocat ap̄ls ad Rom. j. Deo odibiles dicēs. Susurrones ꝛ detractores deo odibiles. Et habet fieri multipliciter. Primo mala hoīs recitãdo. Cõtra q̄s dicit Leuiti. xix. Nõ maledices surdo Glo. Surdo maledicit q̄ absenti detrahit. Et tales assimilant porco. q̄ intrat ortũ amenitatibus plenum. vbi ex vna ꝑte videt flores ꝛ ex alia stercora ꝛ neglectis floribus currit ad stercora et rostrũ in eis figit. Sic detractores. virtutum flores transeunt ꝛ stercoribus. s.

peccatis aliorum insidunt ꝛ semper habent os in luto peccatorum. Secundo modo fit bonum in malum conuertendo. De quo Isaie. v. Ve vobis qui dicitis bonum malum: ꝛ malum bonum. Si boni ieiunant. dicunt ꝙ hypocrite sunt. Si elimosinam dant vani gloriosi sunt sunt. Si nõ largiuntur auari sunt. Tercio fit. falsum crimen imponẽdo. De quo ps̄. Venenum aspiduꝫ sub labijs eorum. Quorum os maledictione ꝛ amaritudine plenum est. Nam sicut venenum occidit hominem: sic detractor falsa crimina imponendo occidit bonam famam. Quarto fit. occulta reuelando Prouerbiorum. xj. Qui ambulat fraudulenter. reuelat archana. Qui autem fidelis est: celat amici cõmissuꝫ. Ideo hic gratia huius ponam quinqꝫ documẽta. Primum Videns solus et secrete proximum peccare: nõ debet illud sub pena peccati mortalis reuelare. Patet hoc primo: quia est cõtra legem nature Mathe. vij. Quod tibi nõ vis fieri. alteri ne feceris. Sed tuũ peccatum secretum nolles per aliuꝫ reuelari. Ideꝫ Thobie. iiij. Quod tibi odis ab alio fieri: tu ipse ne alteri feceris. Secundo est contra legem euangelij Mathei. xviij. Si peccauerit in te frater tuus: corripe eum inter te ꝛ ipm solum. Tercio est contra ius canonicum. ij. q. j. ca. Si peccauerit. Ubi dicit Augustinus. Si solus nosti. ꝙ peccauit in te. et eũ vis coram omĩbus arguere. non es corrector erroris: sed ꝓditor. Dicit archidiaconus in rosario. ꝛ alij doctores Nullus debet reuelare secretũ qđ ipse solus scit vł qđ adhuc ẽ occultũ: etiam si ꝓlatus preciperet sub pena excõicationis quia prelati nõ habent visitare de occultis factis sed de apertis. vt dicit archidiaconus vbi s̄. Quia si prelatus hꝫ ꝓciperet: tale ꝓceptum esset contra deum. Et est notandum ꝙ secretum dicitur

tripliciter. Primo ex cognitione vt si solus scit peccat mortaliter qui reuelat ꝛ specialiter quãdo nõ seruat ordinem iuris. q̄ ponitur Mathe. xviij. Si peccauerit in te frater tuus: corripe eum. Sꝫ magis peccat qui auget culpaꝫ ꝛ facit de festuca trabem et dicit plusqꝫ fuit in veritate qui est communis error hominum. Etiam grauius peccat qui hoc facit in auribus insipientium ꝛ corã leuibus personis que vbiqꝫ hoc possent diuulgare. Ideo dicitur Prouerbiorũ xxiij. In auribus insipientium ne loq̃ris. Posset tamen dicere alicui ꝑsone occulte qui posset prodesse ꝛ non obesse sicut defectum filij patri. defectũ serui domino. peccatum fratris priori ꝛc. Secundo modo dicitur aliquid secretum ex cõmissione. sicut quãdo dicunt layci. Dico tibi hoc sub sigillo confessionis. ꝛ ista nõ est cõfessio sacramẽtalis sed sigilluꝫ secreti tantũ ſm Holkot super librum Sapientie. Unde talis sic recipiens secretum ꝛ postea reuelans: peccat mortaliter Prouerbioruꝫ. xiiij. Qui ambulat fraudulenter reuelat archana. Qui autem fidelis est: celat amici cõmissum. Et sicut fideꝫ frangit qui rem repositam apud se aut sibi commissa alteri dat. Ita fidem frãgit qui secretum sibi cõmissum alteri reuelat. Et iudex vel alius prelatus nõ potest sibi ꝓcipere ꝙ hanc fidem frangat. quia tale secretũ seruare est de iure naturali. Nihil autem precipi potest contra ius naturale. vt patet. ff. de regulis iuris. ꝛ xj. questione. iiij. c. Si domus. Item reuelare tale secretum est contra bonum totius policie: quia facit ꝙ nullus potest de alio cõfitere. Ideo quilibet tenetur tale secretum silere dummodo hoc poterit silere sine peccato. Si autem non possum sine peccato silere non teneor illud silere vt si quis mihi reuelaret ꝙ ipse vellet talem hominem occidere. vt

comburere ciuitatē: illud nō teneor si-
lere. quia dicit bernardus in li. de pre-
cepto et dispensatione. Quod pro cha-
ritate institutum est: cōtra charitatem
militare non debet. Tercio est secretuz
ex cōfessione: et et hoc est maximū vt pz
de pe. et re. c. ois vtriusq₃ sexus. Ubi di-
cit in fine. Caueat autem sacerdos om-
nino ne v̄bo aut signo aut quouis alio
mō ꝓdat aliquatenus peccatorem. Se-
quit ibidem. Qui peccatū in penitenti-
ali iudicio sibi detectum ꝑsumpserit re-
uelare non solum a sacerdotali officio
deponendum decreuimus. verū etiam
ad peragendam ꝑpetuam penitentiam
in artum monasteriū retrudenduz. Er-
go stulte faciunt sacerdotes dicentes.
Hodie tale peccatum habui in cōfessi-
one. Sunt etiam q̄dam fatui sacerdo-
tes. q̄ nolunt ꝯfitentē absoluere nisi no-
minet ꝑsonaz cum qua peccauit. qd̄ est
valde absurduz quia q̄uis ꝑsona sit no-
minanda in genere dicēdo: peccaui cū
soluta. vel ligata: cum sacerdote vel mo-
nacho. non tamen licet nominare ꝑso-
nam ꝓprio nomine q₂ nemo debet aliū
scandalisare in ꝯfessione. Et multa alia
mala que inde oriuntur. Quod probat
Cesarius di. iij. c. xxxix. dicens. ꝙ sacer-
dos q̄dam in susacia habuit cōcubinaz
quam adolescens q̄dam concupiscens
cum ea peccauit. In quadragesima vo
ad eundem sacerdotem veniens confes-
sus est peccatum simul et ꝑsonam. Cum
audisset aūt hoc sacerdos: turbatus est
valde et cum ab eius amore abstrahere
volens durius arguit peccatum. et ag-
grauauit et penitentiam asperā et duraz
nimis iniunxit. Rancor iste nō sine pe-
riculo fuit. Unde inuectio tam aspera
penitentia tam dura: nisi ex propalata
ꝑsona. Secundū documentum. Mala
proximi per infamiam reuelata nō sūt
cito credenda. sed veritate inuestigata
sunt durius corrigenda. Probatur per

illud qd̄ scribitur. ij. q. j. c. Deꝰ omnipo-
tens vt nos a precipitande sententie ꝓ-
latione cōpesceret. et cum omia nuda et
aperta sint oculis eius: mala tū zodo-
me noluit audita iudicare priusq₃ mani-
feste cognosceret. q̄ dicebant. Unū ait.
ipse. Ego descendā: et videbo vtrū cla-
morem q̄ venit ad me opere compleue-
rint an non. Sequitur infra. Non ꝙ ea
ignoraret. sed vt nobis exemplum da-
ret ne precipites in discutiendis et iudi-
candis negocijs essemus. et ne mala ꝓ-
ximorum prius quisq₃ presumat añ cre-
dere q̄₃ ꝓbare. Hec ibi. Si igitur deus
omnipotens noluit peccata zodomoꝝ
quorum clamor vsq₃ ad celum ꝑuenerat
et cui oia cognita sunt anteq̄₃ fiant cre-
dere. nisi priꝰ ꝓbaret. multomagis nos
qui sumus omnes ignari: nullum añ ve-
ram ꝓbationem condemnare debemꝰ.
Ideo dicit: lxxxvj. di. c. Si quid de q̄-
cunq₃ clerico ad aures tuas peruenerit
qd̄ te iuste possit offendere. facile non
credas. nec te ad vindictā res accendat
incognita: sed presentibus ecclesie seni-
oribus diligenter est veritas perscrutā-
da. Tunc si qualitas rei poposcerit: ca-
nonica districtio culpam feriat delin-
quentis. Hec ibi. Item dicitur tercia q̄-
stione. ix. capitulo Caueant iudices. et
vndecima questione tercia In cunctis
Sed vnde oritur ꝙ homines citius cre-
dunt malum de homine q̄₃ bonum: Re-
spondet sanctus Thomas scd̄a secūde
q. lxj. ꝙ suspitio mali oritur ꝑmo ex cō-
sideratione proprie malicie: id est ꝑm
ꝓpria peccata iudicat alium Ecclesia-
stici. x. In via stultus ambulat. et cū ip-
se sit insipiens omnes homines stultos
estimat. Secundo venit ex affectata ini-
micicia. vt quando quis alteri inimica-
tur faciliter malū de ipso ꝓbatū credit
Unū phs. ij. rethoricoꝝ. Unusq̄sq₃ facili-
ter credit qd̄ cupit: ꝫ tales cupiūt emu-
los detrahē. Tercio venit ex senio et pe

ticia. Et ideo dicit p̄bus.ij.rethoricor̄u q̄ senes sunt maxime suspiciosi tanq̄ aliorū defectus multotiens expti. Sz contra tales dicit.xj.q.iij.c. In cunctis sacri eloquij verbis testimoniū tenem⁹ vt mala maiora cum forsitan dicunt̄ ni si pbata credi nō debent sed citius pbata vlcisci ꝛc. Sed quare non debem⁹ cito credere mala p̄ximorū. Rūdet̄ q̄ multi falsi infamant̄. Cui⁹ exemplū pꝫ Geñ.xxxix. de Joseph. Quē mulier ac cusauit falso de adulterio. Aliud exemplum recitat cirillus in epistola ad augustinum de siluano episcopo. cui⁹ hystoriā habes supra in p̄mo precepto ser mone quinto in fine. Dubitat̄. Cur deus p̄mittit aliquando bonos sic diffamari. Respondet̄ p̄pter quatuor. P̄rio ad exercendā patientiam. Et sic Joseph castus de adulterio ꝛ sanctus siluanus habiti sunt. Unde apostolus.ij. ad Corinthios.vj. Oportet nos exhibere ꝛc. Per bonam famam ꝛ infamiam: vt seductores ꝛ veraces. Secundo eueniūt false diffamationes ad puniendum culpam occultam. Qui em̄ se nō continet ab occulta culpa cuius non patit̄ infamiam. iuste p̄mittit deus hominem fal sis rumoribus flagellari in quibus nō est reus. Tercio facit ad futurorū cautelam. Si em̄ quia false notatur de crimine hoc fit vt caueat sibi verū crimen admittere. Quarto fit ideo. quia de bona fama nimium gloriant̄ sicut dicit. vj q.j.ca. Sunt plurimi q̄ vitam bonorū fortassis amplius q̄ debent laudant. ꝛ ne qua elatio subrepat de laude p̄mittit omnipotens malos in obtrectationem ꝛ obiurgationem p̄rumpere. vt si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur: ab ore vituperantium suffocetur Hec sanctus Gregorius. Tercium documentum magis peccant falsi. homi num infamatores q̄ rerum temporaliū fures ꝛ raptores. Patet hoc per illō qd̄

dicit. vj.q.j.c. Deteriores sunt q̄ doctorum vitam moresq̄ corrumpunt hijs q̄ substantiam aliorum prediaq̄ diripiūt Ipsi eī ea q̄ extra nos sunt licet nostra sint auferunt nostri quoq̄ detractores ꝛ mox bonorum corruptores nosipos decipiunt. Hec ambro. Ideo dicit salomon prouer.xxij. Melius est nomen bonum q̄ diuitie multe. Item Eccsia.vij Melius est nomen bonum q̄ vnguenta preciosa. Ex quibus sequit̄ q̄ auferens nomen bonum vel bonā famā furatur homini plus q̄ diuitias multas: ꝛ vnguenta preciosa. ꝛ sic peccat infamator plusq̄ fur vel raptor. Et quanto maior est p̄sona que infamat̄: tanto ma ius est peccatum. Ergo magis peccat q̄ infamat sacerdotem q̄ seculares quod minus iuste fit. q̄ sacerdos potius pateret abscisionē lingue sue anteq̄ reuelaret tua peccata. Non sic mō faciunt seculares sicut de cōstātino legit̄ vt est aīn.ij.q.ij.c. In scripturis. Narrat̄ dicit se cōstanti. Uere si p̄prijs oculis vidissem sacerdotem aut aliquē eorū q̄ monachico habitu circumamicti sunt peccantē: clamidē meā explicarem vt cooperirē eū ne ab aliquo videret̄. Hec ille. Sed prochdolor nunc adeo peruersi maliciosi sunt aliqui si viderent sacerdotem aliquid facientem. nequaq̄ tegunt eum. sed mox reuelant ꝛ diffamant: im̄mo cōponunt de hoc carmina vt latius diffametur. Insup magis peccant qui infamant ep̄m q̄ simplicem sacerdotē ꝛ magis cardinalem aut papam. ꝛ magis sanctū aut iustum q̄ malū aut peccatorem. Ūn̄ petr⁹ blesen̄. epistola.iiij. ad quendam amicum suū scribit dicēs Res plena periculo est. sinistra de homine innoxio suspicari. Sequit̄ ibidē Lepra infamie que sanctorū afficit innocentiam: munda est. Nam cum exterius excurrat sinistra opinio: cum exterius mentiatur iniquitas sibi: sanctorū

anime in manu dei sunt. Iustiq3 verba
exteriois cõtumelie cõtemnentes: de
thezauro cõsciencie sunt securi. Nota
in xpo huius lepre vestigia q̃ a capite i
membra a patre in filios deriuat. Cura
bat dñs languentem τ violator sabbati
dicebatur. Nõ est dicebant hic homo a
deo q̃ sabbatum nõ custodit. Eijciebat
demones τ h̃ maleficijs ascribebãt. In
beelzebub pncipe demonioꝝ inq̃ut eij
cit demonia. Nunc samaritanũ nũc eũ
esse filium fabri vocant. Hec ille. Insu
per est maius peccatum infamare vir-
ginem q̃3 simplicem mulierem: sicut q̃
dam gloriant se violasse talem vel talẽ
virgine3: sicut faciunt illi potatores in
tabernis. Etiã est maius peccatum in-
famare magrm̃ ciuiũ q̃3 simplicem ciue3
Cõsulatum vl' ciuitatẽ aut patriã. sicut
multi dicunt. In tali patria sunt multi
latrones τ in tali multi fures τc. Et ma
gis peccant q̃ infamant regem q̃3 mili-
tem. Ideo dicit petr9 blesen. vbi supra
Verba quibus vita principum depra-
uatur occultari non possunt: atq3 in pu
blicum deducta magnam tamen susci-
tant dedignationem τ ab autoribus su
is cõuertuntur in malum. Solomon di
cit. Ne detraxeris principi in occulto.
aues enim celi portabunt verbum τ q̃
habent pennas annunciabunt senten-
tiam. Indignatio regis nunci9 est mor
tis. Hec ille. Ex his sequitur q̃ infama
tor maiorem debet facere penitentiam
q̃3 fur quia aufert maius bonũ quia fm̃
mensuram delicti debet esse plagarum
modus Deutro. xxv. Secundo sequit
Sicut non potest penitere fur vel ra-
ptor nisi restituat vt patet. xiiij. q. vj. c.
Si res reddi potest et non redditur pe
nitentia non agitur sed simulatur. τ de
regulis iuris libro sexto. peccatum nõ
dimittit nisi res ablata restituatur. Sic
nec multominus infamator nisi restitu
at famam. Sed posito casu q̃ aliq̃s ali

quem infamet in verbis sicut q̃ b vide-
ret a adulterari cum c. τ hoc nullus sci-
at nisi b: a: τ c. Tunc b. dicit publice q̃
a. fornicatus sit cum c. Querit vtrum
b. teneat a. reddere famam. Et videt q̃
nõ. q2 b. nõ posset i tali casu a: reddẽ fa-
mam suam nisi retractando dicta sua.
Sed hoc faciendo loquit contra cõsci-
entiam suam: mentiret. Et mentiri non
debet pter tuendam viam ppriam: vt
patet. xxij. q. ij. Si quelibet culpa. Re-
spondet magister Iohãnes cleincock
super. iiij. senteñ. dist. xv. dicens. q̃ ta-
lis tenetur reddere famam suam alteri
sed nõ simpliciter retractando sed di-
cendo. Male dixi false imponendo si-
bi. Et hoc est verum. quia dixit quod p
bare nescit. Quartum documentum est
q̃ quilibet diligenter debet gerere cu-
ram vt bona3 exteriorem habeat famã.
Probatur illud eccli. xlj. Curam habe
de beno nomine. Hoc enim magis per
manebit tibi q̃m ille thesauri magni et
preciosi. Prouerbioru3. xxij. Meli9 est
nomen bonum q̃3 diuitie multe Eccle-
siastes. vij. Melius est nomen bonum
q̃3 vnguenta preciosa. Patet etiam illa
probatio per oppositum sc3 per infami
am. Nam infamia est valde periculosa
in homine. Nam primo est dignitatis
exclusiua vt patet in regula iuris libro
sexto. Infamibus porte dignitatis pa-
tere nõ debent. Secundo est moru3 cor
ruptiua. Nam habens bonam famam
assimilatur candele: q̃3 diu est accensa ẽ
delectabilis: sed qñ est extincta intan-
tum fetet q̃ mortificat fetor ille fetum
in vtero pregnantis fm̃ aristotelem. v.
de animalibus. Et sic habens bona3 fa
mam lucet verbo τ exemplo Math. v.
Sic luceat lux vestra coram hominib9
vt videant opera vestra bona τ glori-
ficent patrem vestrum qui in celis est: s3
extinctus in fama fetet in tantũ q̃ mor
tificat fetum boni operis in corde pro

xlvi. Tercio est difficulter abstersiua. Unde poeta. Que semel horrendis maculis infamia nigrat: ad bene tergendum multa laborat aqua. Quarto est bestialitatis indicatiua. qui dicit Salomon. Crudelis est qui negligit famam suam. Ideo fatue dicunt illi qui dicunt. Non curo quid homines de me dicant dummodo ego bonus sum. De quibus. xj. q. iij ca. Non sunt audiendi siue viri siue femine qui quando reprehendunt in aliqua negligentia. s. non ostendendo bonam famam. per quam fit vt in malam veniant suspitionem vnde suavitam longe abesse sciant. Sequitur infra. Quisquis a criminibus vel flagitiorum atque facinorum vitam suam custodit. sibi bene facit. quisquis autem custodit famam suam: et in aliis est misericors. Nobis enim necessaria est vita nostra: aliis autem fama nostra. Hec augusti. Idem dicit Jero. et ponit. xj. q. j. ca. Nolo si dixeris. sufficit mihi consciencia mea. habeo dominum iudicem qui conscientie mee testis est non curo homines. Audi apostolum. Prouidemus autem bona non solum coram deo sed etiam coram omnibus hominibus. Sequitur primo quod quilibet non debet suam propriam infamiam tolerare si se citocius poterit expurgare. Probatur hoc quia dicitur extra de purga. ca. c. nos inter. quod infamatus apud bonos et graues vires vndecunque orta sit infamia dummodo a maliuolis non sit etiam si nullus appareret accusator: se purgare est compellendus. Glosa ibidem idem dicit. et ibidem c. cum dilectus. et. ij. q. v. ca. presbyter. Ideo diffinitur purgatio sic. Purgatio est obiectio criminis: innocentis ostensio. et est duplex. Prima vocatur purgatio canonica: et habet fieri per iuramentum. extra eo. c. quotiens in hac forma quod infamatus iurabit se immunem a crimine quo infamatur quod nec per se nec per submissam personam nec aliquis pro eo se sciente commiserit illud. Deinde compurgatores iurabunt super sancta dei euangelia quod credunt ipsum verum iurasse vt patet extra eo. ti. ca. de testibus. Episcopus purgabit se cum. xij. sui ordinis. Sacerdos cum septem dyaco. cum tribus vt patet in decreto in multis. c. ij. q. j. tales debent esse bone fame extra de purga. ca. c. quotiens. Sed olim quidam se purgabant miraculose sicut legitur de sancto bricio. qui fuit innocens probatus per puerum triginta dierum vt in legenda sua. Sed alie dicuntur purgationes vulgares vt inire duellum. et portare ferrum candens et iurare super manum mortui abscisam. Iste purgationes prohibite sunt. Primo ideo quia deus ibidem temptatur. Contra quod deutro. vj. Non temptabis dominum deum tuum. Secundo quia false sunt vt patet extra de purga. vulga. c. significantibus. Ibi allegatur casus quod quidem de furti crimine accusatus coactus est inire duellum. In quo aliis peccatis suis prepedientibus cecidit et postea furtum apud alienos est inuentum. Sic etiam de iudicio ferri candentis sepius contingit quod vrit aliquando innocentem propter quedam alia occulta peccata. Propter quod in. c. dilecti ibidem inhibetur. Nec valet argumentum quod dauid pugnauit cum golia vt patet. j Regum. xvij. quia hoc non est trahendum in exemplum. Pugnauit etiam cum leone. vt patet ibidem. Si quis hoc sam faceret esset infamis vt. C. de arenariis Insuper lex impialis prohibet. C. de gladi. l. vnica. Quintum documentum. qui non potest se ab infamia expurgare debet eam patienter propter meritum tolerare. probatur per illud Mat. v. Beati eritis cum maledixerint vobis homines mentientes propter me et dixerint omne malum gaudete et exultate quoniam merces vestra copiosa est in celis. Cuius exemplum patet in sancta marina de qua nota in fine vitaspatrum.

Octauo peccant

contra illud preceptuz iudices
falsi innocentem condemnando et non
seruando iuris ordinem sicut Pilatus
contra christum: De quo Luce. xxiij.
Adiudicauit fieri petitionem eorū. De
quibus Sapientie. vj. Cum essetis mi-
nistri regis illi⁹ nō recte iudicastis ne-
que custodistis leges iusticie: neque ꝺm vo
luntatem dei ambulastis. Et tales iudi
ces tenent locū dyaboli sicut veri et bo-
ni locum dei. vt patet de senten. et re iu
di.ca. vltimo. Ideo dicitur. ij. Paralip
po. xix. Constituit Josaphat rex Juda
iudices terre: precipiēs eis. Uidete qd
faciatis. Non enim hominis exerceris
iudicium sed domini. Et quodcunque iu
dicaueritis: in vos redundabit. Sit ti-
mor domini vobiscum et cum diligētia
cuncta facite. Non est enim apud deuz
nostrum iniquitas nec personarum ac-
ceptio. nec cupido munerum. quia si iu
dex iniuste iudicauit scienter delibera-
te tenetur precise reo ad omne interesse.
nisi posset inducere illuz pro quo tulit
sententiam ad plenariam restitutionez
vt patz. C. de pena iudi. l. vltima. Et de
bet insuper tanque pro grauissimo crimine
imponi sibi penitentia. xij. q. iij. c. qcun
que. Et si est iudex ecclesiasticus suspen-
sus est per annum ab executiōe officij:
et si suspensione durante ingerit se diui
nis efficietur irregularis et non nisi per
papam absolui poterit vt patet extra de
senten. et re iudi. c. cum eterni. libro. vj.
Si false innocentem iudicat aliquē ad
mortē in caput iudicis redūdabit. Sci
endum quod sunt quinque persone tanque ho-
micide habere in iudicio peruerso scili
cet. Ut sunt vindicatiui rancoris et in-
patientie. Appentiui honoris et reuerē
tie. Judices iniqui. Ministri peruersi
Testes falsi. Primi sunt iudices et pre
lati vindicatiui rancoris et sapientie. te

stes enim ostendūt se esse amatores iu-
sticie: et non sunt. Contra quos Sapiē.
vj. Horrende et cito apparebit vobis:
quoniam durissimum iudiciū fiet in his qui
presunt. scz ira et rancore. Nam inter ma
las passiones que in iudice esse possūt
est ira et odiū; quia ira impedit animum ne
possit discernere verū. Unde Sene. li. j.
de rācore et ira de quodā malo iudice et
tyranno qui furore accensus dānauit ad
mortē tres milites innocētes per hūc
modū. Unū iussit occidi: quia de via redi
erat sine socio. imponens ei quod eū inter
fecerat Precepitque statim cuidā militi
astāti vt eū duceret ad locuz supplicij.
Cū aūt eēt et educt⁹. redijt miles soci⁹
ei⁹ sanus et icolumis. Pro quo ali⁹ plectēs
ducebat. Uidēs aūt ille terci⁹ miles qui
primū ducebat. redijt ad iudicē et ambos
milites corā eo pñtauit. Quos vt vidit
tyrānus furore accēsus iudiciū tale de
dit. Primo dixit. Te iubeo occidi: quia
missus es occidere: et imperatori nō obe-
disti. Scdo dixit. Te iubeo iterfici. quia
dānat⁹ es. Tercio siłr dixit. Te iubeo
occidi. quia causa mortis tui cōmilitonis
fuisti. O quam mala ē iracūdia et inuidia i
prelatis et iudicib⁹. quia tres hij dāmati sūt
propter vnius innocentiā. Ideo cōqueritur
boetius li. ij. cōsol. metro sexto dicens
Heu grauē sortē quotiēs iniquus. ad-
dit seuo gladius veneno etc. Et loquitur
ibi de nerone qui occidit multos roma-
nos vnio propriam matrem vt videret lo
cum sue cōceptionis. Etiā proprium fra
trē suū: Ideo dicit Boetius vbi supra.
Nouimus quātas dederit ruinas vrbe
flāmata patribusque cesis: fratre qui quō-
dā ferus interempto. effuso matris ma
duit cruore. Interfecit etiam propriuz
magistrum suum scilicet Senecaz: qui
quodam presagio sortitus est tale no-
men. Et dicitur quasi se necans: Quia
dixit sibi Nero quod debebat mori. et quod
eligeret genus mortis. Tunc elegit quod

bi eoꝝ oblocutio. Veruntamē si albus
esses ⁊ aliq̄s diceret te esse nigrum: q̄d
tibi obesset illius oblocutio. Sustinere
ergo dz hō modicū ⁊ sic vincit aduersa
rium. exēplo illius q̄ canē latrantē mi-
nādo pu̇ocat ad mordendū. Qui si la-
tratus ei⁹ nō aduertit citius compescit
eū. Sic hō q̄n non aduertit ↄtumelias
illatas tūc ↄfundit in seipo ⁊ desistit. sic
debet hīe vba sua q̄si latratus canū et
garritus auiū. Si aūt vindicare volue-
ris te ⁊ defendere: aspicient vos parit
mordētes. ⁊ despicient vos pariter.

Legit de augusto Cesare ad palaciū
reuertente quidam cōtumeliose clama-
bat. O tyrāne o tyrāne. August⁹ vo pa
ciēter rn̄t. Si ego essem tyrān⁹ nō di-
ceres illa. Itē vespasianus impator au
dito a suis ꝗ quidā eum de pplo detra
herent iniuriosis vbis. Rn̄t. Inferio
ris psone ꝫ eē facere. supioris vo ꝫ pa-
ti. Vn̄ dicit poeta. Nobile vincēdi ge-
nus est pacia: vincit qui patit si vis vin
cere disce pati. Exēplo etiaz aploꝝ. de
q̄bus legit in acti. aplo. Ibāt apli gau
dētes a ↄspectu ↄcilij. q̄m digni habiti
sunt pro noīe iesu ↄtumeliam pati.

Quarti sunt detractores. de quibus
satis dictū ē i q̄nto pcepto de hoīcidio

Quinti vocantur iactatores: ⁊ sunt q̄
gloriant se magna ⁊ multa fecisse. Con
tra quos Prouer. xxvj. Laudet te alie-
nus ⁊ nō os tuū. Et tales sunt sicut na
buchodonosor. De quo Dan. iiij. q̄ hec
vba pferebat dicēs. Nōne hec est ba-
bylon ciuitas magna quā edificaui in
domum regni. ⁊ in robore fortitudinis
mee. ⁊ in gloria decoris mei. Adhuc ser
mo erat in ore regis. ⁊ vox de celo ruit
Tibi dr̄ nabuchodonosor rex. Regnuz
tuū trāsiet a te. talis eīn fert testimoni-
um de seipo. Job. xij. Tu de teipso te-
stimoniū dicis ⁊ testimoniū tuū nō est
verū. Cōtra q̄s. j. ad Cor. x. Nō eīn q̄
seipm ↄmēdat ille pbat⁹ ē. Et ē iactātia
ſm tho. se. se. q. cxij. ar. j. Qn̄ hō vbis se
extollit. Qn̄ eīn aliq̄s loq̄t de se supra
illud qđ nō in se ē. ꝫ ⁊ supra illud quod
hoīes de eo opinant ⁊c. Quod apls re
fugiēs dixit. ij. ad Cor. xij. Parco ne
q̄s estimet me supra illud qđ videt ime
aut audit. Aut extollit se supra illđ qđ
in se ē ſm rei veritatem. et in opinione
alioꝝ hec ꝓprie dicitur iactātia. Dubi-
tat vtrū iactātia ꝓprie sit pctm̄ morta-
le Rn̄dit tho. vbi s̄. ꝗ iactātia pt consi
derari dupl'r. Uno mō ſm se. put ē men
daciū quoddā. sic q̄nq̄ ē pctm̄ mortale
q̄nq̄ veniale. Mortale q̄dem q̄n q̄s ia
ctantiā de se pfert qđ ē ↄ gloriā dei. sic
ex persona regis tyri dicit Ezec. xxviij
Eleuatū est cor tuū ⁊ dixisti. Deus ego
suz. Vel etiā ↄtra charitatē pximi sicut
cū aliquis iactādo seipm prorumpit in
ↄtumelias alioꝝ Sic dr̄ Luce. xviij. de
pharisco qui dixit. Nō sum sicut ceteri
hoīes reptores ⁊ iniusti et adulteri ve-
lut hic etiā publicanus. Qn̄q̄ est pctm̄
veniale q̄n .s. aliq̄s talia de se iactat q̄ ne
q̄ sunt cōtra deum neq̄ cōtra pximuz
Alio modo pōt iactantia ↄsiderari ſm
causam suā scz supbiam aut appetitum
lucri aut inanis glie. ⁊ sic cū pcedit ex

supbia vel inani glia q est pctm mortale: iactātia erit pctm mortale. Legit in vitaspatrū de qdā hēmita q pollens oi bus vtutibus cepit iactare se. Et in spē mulieris dyabol⁹ venit ad speluncā suam dicēs: q a bestijs nocte illa esset de uorādus nisi susciperet in ei⁹ hospitio. Que suscepta diuersis blandimētis du xit eū ad h vt mēbra eius sigillatim tan geret. Et cū inclinaret se vt eā fcde am plecteret. tūc ipsa euanuit deridēs eū: ℨ multitudo demonū clamabat di. O monache q te vsq ad celum extollebas quō demersus es i infernū. Tunc ille desperās ℨ fugiēs p cōfusiōe cōspectū oim religiosorū reuersus est ad seculū tradēs se omī impudicicie. Septi vo canf traditores. ℨ sunt q pximū verbis publicis ℨ fucatis decipiūt: ptendēdo amorē in facie. ẜ gerendo liuorē in corde. De qbus pphā. Labia dolosa i corde: ℨ corde locuti sunt. Vel gerunt in ore ẜ cor felleum abscondūt in mente. Tales sunt falsi amici. Nā in ore sunt amici: in corde inimici. Dicūt ore q be ne valeāt. Arridēt ore: ẜ in corde machi nanf mali. De q Eccī. vj. Est amic⁹ et socius mense. ℨ nō pmanebit in die necessitatis. i. paupertatis. vñ Boeti⁹. Que fortuna facit amicū. infortuniū inimicū vñ poeta. Cū fueris felix multos nu merabis amicos. Tpa si fuerint nebu la solus eris. Item eccl. xij. Nō cogno scif in bonis amic⁹. ℨ non abscondif in malis inimic⁹. Narrat petrus alfoncij de quodā diuite q quadā die qsiuit a fi lio suo qt amicos acqsiuisset. Rñdit cētū. Ait pater. Bñ fecisti. Ego in tota vi ta mea acqsiui nisi vnū. Attamē inqt pr ad filiū vt probes amicos tuos accipe porcū occisum ℨ dic amico tuo. hūc hoiēz occidi quē porto i sacco: iuua me vt clam sepeliaz cadauer. Rñdit pimus istud. Nolo me piculo exponere pter te. sic rñdit scōs ℨ tercius. ℨ qrtus. ℨ sic de alijs. Tūc ait pater ad filiū. vade ad amicū meum ℨ dic ei q te iuuet amore mei. et fecit. Septimi sunt litigatores puocātes hoīes ad lites. puer. xix. hō puersus suscitat lites. Ibidem. c. xviij. Labia stulti miscēt rixas. Cauendū est ne qs litiget cū vboso. Jō di Eccl. viij. Ne litiges cū hoīe linguato. ℨ ne strues in ignē eius ligna. vñ Catho. Cōtra vbosos noli ptēdere vbis. Sermo dat cūctis verū sapia paucis. Scōo nō cū stulto. puerb. xxviij. Ne rñdeas stulto iuxt stulticiā suā ne sibi ei esse videaris Tercio cū hoīe potēte ne incidas i ma nus ei⁹. Quarto cū locuplete Eccl. iiij. Nō ptēdas cū hoīe locuplete. ne forte ecōtra cōstituat tibi litē. Multos eñ p dit aurū ℨ argentū. Quinto cū homie iracūdo nō facies rixas. Jstud viciū est fugiendū: qz est pctm dyaboli. vñ nihil similius actib⁹ demonū q̄ cōtēdere Vñ tales se ostēdūt seruos dyaboli: vt ij. ad Thim. ij. Seruū dei nō opztt liti gare. Et est pctm mortale fm sctm tho. in scda scde. q. xxxviij. qñ est impugnatio veritatis cū cōfidētia clamoris. Sz aūt est impugnatio falsitatis cū debito ℨ ordinato mō sic ē laudabilis. Legitr in vitaspatrū q oīate macharío vox in sonuit dicēs. Nondū ad mēsurā duarū mulierū puenisti q habitāt in ciuitate. Cūq machari⁹ h audito intrasset ciui tatē ℨ qsiuisset ab eis cōuersatiōz earū Dixerūt ei q ēēnt sorōres duoz fratri ℨ. xv. annis simł fuerant. nec vnq̄ alti aliā dicto vel facto offendit. Legit ib dē de agathone. Nunq̄ inquit dormi pr litē hñs cū aliquo. nec pmisi aliqu litē hñtē mecū dormire. Jō dic Aug in reg. Lites aūt nullas habeat; aut q celerrime finiat; ne ira crescat in odi

Octaui sunt pminatores. s. q pmin in discretis. vñ. j. Pe. ij. q cū pateref ı pminabat ℨc. Tales sunt stulti q cō nanf illud qd nunq̄ facturi sunt. pu

xliij. Qui impatiẽs est exaltat vocẽ suã

Noni sunt falsi hoim laudatores in malis dicẽte ps. Laudat pctõr in desiderijs aie sue ⁊ iniquus bñdicit Eccl'i. ix. Nõ laudes virũ in spẽ sua. Jõ dicit Amb. in sermone de sctõ eusebio. Ne laudaueris hoiem in vita sua qñ nec adulatio nocet neqꝫ laudatũ tẽptet elatio. Si qs aũt aliquẽ laudaret ne in tribulationibꝰ deficiat nõ est pctm̃ vel in bono pficere studeat. Decimi sunt iudicatores q̃ oia interpꝛetant ad malũ. Contra qs apl's. j. ad Chor. iiij. Mihi autẽ p mimo est vt iudicer ab humano die. Luc. vj. Nolite iudicare ⁊ nõ iudicabimini h est verũ de malis occultis ⁊ nõ manifestis. Et q̃ pñt fieri bñ vl' male indifferẽter sunt in meliorẽ partẽ interpꝛetanda dicit re. iu. Vndecimi sunt falsi ꝯsiliatores. Ecci. xxxvij. A cõsiliario malo ꝯserua aiam tuam. neqꝫ cũ stulto Ecci. vij. Cũ fatuis nõ habe ꝯsiliũ. Tales sũt valde piculosi i cõitate. Dicit ei Tulius in li. de senectute. Cõsiliator ẽ in republica tanqꝫ gubernator in naui. In qua alij sentinam exhauriũt: alij remigãt: alij malũ scandũt. Ille vo tenẽs clauũ est qetus sedens in puppi multa maiora facit. Sic ⁊ ꝯsiliarius si malꝰ est tota nauis reipublice periclitat. Duodecimi sunt adulatores ⁊ ẽ pctm̃ mortale: qꝛ ꝯtrariat charitati pximi. Pꝛio rõne materie cũ qs laudat pctm̃ alicuius. Alio mõ rõne intẽtionis: puta cũ adulat alicui vt ei noceat corpaliter vel spũaliter: ⁊ h est mortale. Sm illõ Prouerb. xxviij. Meliora sunt vulnera diligẽtis ⁊c. Tercio pꝑter occasionẽ: cum adulatio ẽ occasio alicui vt faciat malũ

De simulatoribus

Quarto peccant

q ꝯ h pceptũ q̃ in factis silatis deũ offendũt De qbus dicit Amb. ⁊ ponunt eius vba. xx. q. v. c. Caucte frẽs mẽdaciũ. qꝛ oẽs q̃ amãt mendaciũ filij sunt dyaboli. Nec solũ i falsis vbis: sꝫ etiã in simulatis opibꝰ mendaciũ est. Mẽdaciũ nãqꝫ est xpianũ se dicere ⁊ opa xpi nõ facere. Mendaciũ est epm sacerdotẽ vel clericũ pfiteri et ꝯria huic ordini opari: hec Amb. Sũt g̃ tales falsi testes q̃ aliud sunt i corde: ⁊ aliud sunt in ope. Et sunt. xij. in nũero. Nam q̃tuor oñdũt sub spẽ simulate sctitatis. q̃tuor sub spẽ simulate vitatis q̃tuor sub spẽ simulate iusticie ⁊ eq̃tatꝭ. Pꝛio hꝫ fieri in alieno hitu. Cuiꝰ exemplũ hẽmus. iij. Reg. xiiij. de vxore. Jeroboã cuiꝰ filiꝰ egrotauit. ⁊ ait rex vxori sue. Cõmuta hitũ ne cog̃scaris vxor mea: ⁊ vade in sylo ad achiã pphetam. Qui mihi quõdã locutꝰ est de reg̃. ipse indicabit tibi q̃d euẽturũ sit puero. Et venit mulier ad achiã pphetã: q vidére nõ poterat p senectute: sꝫ instructꝰ a domino ait. Ingredẽ vxor Jeroboã: q̃re te aliã simulas. vade ⁊ dic Jeroboam. Exaltaui te de medio ppl'i ⁊c. vt pꝫ. iij. Reg. xxij. Jdẽ fec̃ codrꝰ rex athenieñ. put recitat Augu. xviij. li. de ci. dei. ca. xix. Si qs h faceret vt euaderet manꝰ inimicoꝝ eẽt tolerabile. Sꝫ si qs h faceret vt eo expeditius faceret aliqõ malũ qõ eẽt ꝯ charitatẽ dei ⁊ pximi. sic faciunt ille mulercule q̃ in carnispuio induunt hitũ viri et ecõtra. De quibꝰ dicit Deut. xxij. Nõ vtat mulier veste virili nec vir vtat veste feminea. Abhominabilis eñ est apud deũ q̃ facit hec. Jdẽ i cañ. xxx. di. c. Si q̃ mulier suo ppositio iudicans vtile vt virili veste vtat ⁊ pꝑter h hitũ viri imitet: anathema sit: Hec ibi. Talis socꝰ reptus fuit tpe Nicolai rome: ⁊ cõbustus fuit ibidẽ. q̃ multis modis se cũ mulierbꝰ ⁊ cũ iuuẽcul' cõmiscuit in tali hitu. Talis etiã q̃dã feia venit ad papatũ vt dicit martinꝰ in cronica sua. ãno dñi. dccc. xlvij. post leonẽ q̃rtũ: natiõe anglica. ⁊ fuit vocatꝰ Johes

viij. ſm Iohem bocacij i de claris mulieribus. Sic etiā peccāt ille mulieres et puelle q̄ gerūt hitū ṽginū ⁊ nō ſūt ṽgines. Tales tādiu ṽgines ſūt q̄diu nō venīūt cruciferi frēs. i. pueri. Sʒ eſt diſtinguēdū. Aut eſt manifeſtū aut occultū eoꝝ pctm̄. Si manifeſtū: peccāt ꝙ ſe ornāt tanq̄ ṽgines et nō ſunt ṽgines. Si aūt eſt occultū nō peccāt q₂ nēo dʒ ſcādalizare ſeipm. q₂ talē pōt ſe q̄s oſtēdere foris q̄lis eſt i opinione. Sic xp̄s finxit ſe lōgius ire. Lu. xxiiij. Debet tñ de h̄ dolere in corde ꝙ talit ſe foris oñdit q̄liter ab intra non eſt. Sic etiā peccant clerici q̄ eorū veſtimēta clericalia trāſmutāt in ſecularia. Nā ſunt clerici noie ⁊ ſacerdotes. ſʒ in veſte ſunt armigeri. Noie ſunt ꝑſone ſpūales ſʒ in veſte ſeculares. Cōtra q̄s in. c. clerici officia. Pānis rubeis ac viridib⁹ necnon manicis ⁊ ſotularib⁹ ſuticijs. frenis ſellis pectoralib⁹ calcarib⁹ deauratis non vtant. Dicit ibidē ꝙ non dūr hitū trāſmutare niſi iuſta de cā. Sequit ibidem Fibulas oino nō gerāt neq̄ corrigias auri vel argēti ornatū hn̄tes. ſʒ nec anulos niſi q̄bus cōpetit ex officio dignitatis. Sic etiā peccāt monachi q̄ ab ex in veſte ſctitatē fingūt. intus ſunt lupi rapaces. Foris hn̄t veſtē albā. intus nigredine deturpati ſūt pctōꝝ. Foris habēt aliq̄ veſtē nigrā aut griſeā humilitatis. ſʒ intus hn̄t habitū ſupbie ⁊ vanitatis. De q̄bus dicit apl's. ij. ad Co. xiiij Periculū in falſis fratrib⁹. Dubitat vtrum hypocriſis ſit ſp pctm̄ mortale. Rn̄det ꝙ hypocriſis fit multis modis Primo qñ q̄s oñdit ſctitatē quā nec hʒ nec h̄re curat ſʒ tm̄ vt ſctūs reputet. hoc ſm ſctm̄ tho. ſcđa ſcđe. q. v. eſt peccatū mortale. Jō dicit Aug. ſup pš. Simulata ſcitas eſt duplex iniq̄tas. ⁊ ſic eſt duplex pctm̄. q₂ occulte iniq̄ et mali ſunt. Etiam eſt ibi falſitas q₂ fingūt ⁊ mentiunt ſe eſſe ſctōs ⁊ nō ſunt. Scđo ſi ſanctitatem oſtendit vt falſam doctrinam ſeminare poſſit. Talis peccat mortalit q₂ facit ꝯ deū ⁊ ſalutē ꝓximi. Et talis ſimulatio ſcitatis eſt cōis hereticis. quia heretici ieiunāt multū ⁊ genuflectunt. ⁊ ſic hoies decipiūt vt ſuis falſis doctrinis credāt. Tercio ſi oñdūt ſctitatē vt poſſint eccl'iaſticā dignitatē acq̄rere ad quā indigni ſunt. Talis deū g̃uiter offēdit. vñ Ber. ſup miſſus eſt. O frēs q̄tiens hoibus p̄eſſe deſidero. totiēs deuʒ meū p̄ire ꝯtēdo. Et tūc vere nō ſapio q̄ ſpius dei ſunt. vñ Aug. in li. de do. xp̄i Cū bō inq̄t illis q̄ ſibi nāliter pares ſūt hoc eſt hoibus dñari affectat intolerabilis quidem ſupbia eſt. Quarto ſi oñdat ſcitatē vt acq̄rat bona tpalia in q̄bus finē ꝯſtituit. hoc ſm hermannū de ſchildis. eſt pctm̄ mortale: q₂ tal' auar⁹ eſt Quinto ſi ipa fictione delectat: cuʒ alias nullū malū ꝑtēdat. De q̄ Ariſt. ij. ethi. dicit: ꝙ talis magis videt vanus q̄ malus. ⁊ tūc pōt eſſe veniale ſm eundē hermānū. Sexto ſi q̄s ſimulat ſcitatem occultantē ſuū pctm̄ ne alij ex hoc ſcādalizent. Hoc ſm ſctm̄ tho. ſcđa ſe. pōt fieri laudabiliter q₂ dicit. ve homini per quē ſcandalū fiat. Septimo qñ q̄s ad honorē dei ⁊ ꝓximoꝝ edificationem ſimulat ſanctitatē. ⁊ iſte nō peccat ſed meret. Vñ dī Math. v. Sic lux veſtra luceat corā hoibus vt videant opa veſtra bona. Dubitat vtrū hypocrita maiori dānatione dign⁹ ſit bonas operationes ſimulās. q̄ publicanus publice malefaciēs ⁊ peccans. Rn̄r ꝙ ſic. q₂ Math. vj. dī. Hi inquit ſaluator ſimulātes longā orōnē ſicut hypocrite accipiēt maiorē damnationē. Sup quo dicit beda. ꝙ hypocrite laudes ab hoib⁹ ⁊ pecunias querunt: maiori damnatione plectunt. Jdē dicit Hiero. li. vj. ſup Eſa. ꝓpe finem libri. Si p̄beo elemoſynam vt glorificer ab hominibus: accepi mercedem meam ⁊ mercēnarius ap

pellãdus sũ. Si castrũ me simulo ꝛ ali ud in ɔsciã habeo. gl'iam mercẽnarij et supplicia pctõꝝ. In ɔparatione duoꝝ ma loꝝ inqt leuius malũ est apte peccare. q̃ simulare ꝛ fingere scitatẽ. h̃ Hiero. Idẽ pꝫ p Aug. ꝛ habent eiꝰ vba. in ca. xij. q. j. Certe inqt malũ est cadere a ꝓposito: ſꝫ peius ẽ simulare ꝓpositũ. vbi dicit glõ. Per hypocrisim peiꝰ est peccare q̃ manifeste. Et probat glõ. hoc p c. cũ ex iniũcto de hereticꝭ ꝛ p. l. palã. ff. de ritu nup. Et subdit glõ. ꝙ plus est veneno occidere q̃ gladio. C. de malefi cis. l. j. Sꝫ contra vꝫ esse Amb. in li. de pt̃iarchis ꝛ assumit in ca. xxxij. q. iiij. c. Nemo dicẽs. Tolerabilioꝛ est culpa si latet q̃ si culpe vsurpet auctoꝛitas. Rñ det archid. dicẽs ꝙ tolerabilioꝛ est culpa si latet q̃ si culpe vsurpetur auctoꝛi tas. i. si adulteriũ vsurpet ab aliqua au ctoꝛitate. s. pt̃iarchaꝝ q̃ alias mulieres ꝑter vxores ɔgnouerũt. Talis dꝛ plus peccatare: qꝛ suũ pctm̃ vult defendere legis auctoꝛitate vel exẽplo pt̃iarchaꝝ. Ita illud. c. Nemo est ɔ̃riũ huic. c. Certe. Et sic patꝫ ꝙ grauiꝰ peccat hypocrita q̃ publice peccãs. Nam pctm̃ suum aggrauat ex eo ꝙ hoĩes decipit. Secũdo mõ hꝫ fieri fictio in aliquo actu sicut qñ q̃s agit ficte aliq̃d pro aliq̃ causa q̃d al's nõ ageret. Sicut iacob se finxit Esau qñ accessit ad patrem. ligatis pellibus ad manus ꝛ ad collũ eius dicẽs. Ego sum ꝑmogenitus tuus. In h̃ nõ mentiebat: vtꝫ in sermone ꝑcedẽti. Sic eñ multi sunt q̃ ɔfitent ne ab alijs cõfundantur. ꝛ tales grauiter peccant. Sic etiam ficte recipiens baptismũ et corde dissentiens. nec caracterẽ nec fidem nec venerabile sacramentum suscipit. q̃uis tamẽ aqua perfundat in noĩe trinitatis. Hoc patet p magistrũ in. iiij senten. dist. iiij. Idẽ tenet Thomas de argẽtina. arg. iij. quia talis fictio totaliter cõtrariat sacramẽto: vtꝫ. xxvij. di. c. ꝙ interrogasti. Sic etiã si q̃s ficte cum aliq̃ cõtraheret. ꝛ nõ ɔsentiret: ſꝫ simularet se cõtrahere nõ est mr̃imoniũ: vtꝫ de sponsa. ꝛ mr̃io. c. tua nos. Quia ibi. defuit oĩno cõsensus: sine quo nequeũt ꝑficere fedus cõiugale. vt dꝛ ibidem in fine ꝛ simulate nuptie non sunt nuptie. ff. de ritu nup. l. simulatis. Dubitatur vtrum simulatio aliqñ sit licita. Rñdet Hiero. ꝛ ponunt eius vba. xxij. q. ij. c. vtilẽ simulationẽ. ꝙ sic. dicens vtilem simulationẽ vt in tp̃e esse assumẽdam. Iehu regis israel nos docuit exemplũ qui cum nõ potuisset interficere sacerdotes baal: nisi finxisset se ydolos velle colere dixit. Cõgregate m̃ oẽs sacerdotes baal. achab seruiuit eis in paucis: ego seruiam ei in multis. Hysto. ponit Regũ. Etiam Dauid mutauit faciem suam coram Abimelech. ꝛ dimisit eum ꝛ abijt: vt patet. j. Regũ. xxj. sequitur. vt supra. Nec mirũ q̃uis iustos hoĩes tñ aliq̃ simulare ꝓ temꝑe ob suã ꝛ alioꝛũ salutẽ. cũ ꝛ ipse dñs noster non hñs pctm̃ nec carnẽ peccati: simulationem pctõꝛis assumpsit. vt condemnaret in carne peccatũ. hec Hiero. Nemo tamẽ debet se simulare vt aliũ decipiat: quia dolus vel simulatio ad fallendũ semꝑ malus est: vtꝫ. xxvij. dist. c. ꝙ interrogasti. tales simulatores siĺr cõfundunt. Cuiꝰ exemplũ ponit Cesarius. di. x dicens ꝙ quidã rusticus cõtra alium habẽs inimicicias cuidã maligno homĩ de oꝛdine viatoꝛũ quoꝛũ multi sunt pecuniã dedit vt domũ illius incenderet. Quã sub spẽ religionis intrauit. ꝛ tempoꝛe cõuenienti succendit. Immemoꝛ miserrimꝰ hospitalitatis bñficio postq̃ domus fuit reedificata accepto precio renouauit incendium. Turbatꝰ homo de incẽdio repetito oẽs de q̃bus suspitionem habuit accusauit. Qui per candens ferrũ se expugnauerunt et denuo domus incensa reedificata est ꝛ ferrum

ide in angulū eius reiectū. Venit rursum pseudo ille viator: antiq cornupt⁹ auaricia būane satis susceptus. Cū fertum iam dictū vidisset ⁊ q̄s eius vsus esset interrogasset. Rūt ille. Nescio q̄s domū hāc en altera vice succendit. Et cū de quibusdā suspitione haberē candēs illi ferrū obtuli: tunc ille. Ad aliqs vsus posset cōuerti. q̄ cū nutu dei est et cū clamore illud iactaret. Q̄ vbi pater familias videret incendiariū p̄ veste tenēs exclamauit. Here tu es re⁹. Mox q̄ ad iudicē ductus: culpā nollet vellet cōfessus est. sicq̄ pena rationabili dampnatus est. Tercio habet fieri fictio in quātitate scȝ quādo quis se fingit maiorem q̄ est. vt si esset aliqs qui diceret se esse episcopū qui tamē non esset episcopus. vt factū fuit alias in diocesi magūtina. ⁊ cōbustus est. Et similiter si quis fingeret se esse militē ⁊ esset rusticus sicut ptigit nr̄o pori osnaburgen. ad quē venerat quidā trufator fingens se militarē: ⁊ de genere suo. ⁊ fuit laute tractatus. postea fuit pceptū q̄ erat ribald⁹. Tales oēs peccāt mortaliter. sic q̄ñq̄ q̄s ex humilitate vocat se minorē tñ est maior. Cuius exemplū patȝ in. ca. ij. q. vij. c. q̄nq̄. Vbi allegāt verba btī Augusti. in epl̄a quadā ad Hiero. dicētem de seipso. Quāq̄ s̄m vocabula q̄ vsus obtinuit ep̄s sit presbiro maior. Augu. tñ Hieronymo minor ē in multis. hec ille. Et in illa alia habentur ibidē. Ad propositum dicit glosa ibidem. q̄ ep̄s est nomen dignitatis: presbr nomen ordinis. xcij. dist. Legimus Aug. forte hoc credebat. Non enim licuit ei ex humilitate mentiri. xxij. q. ij. c. cum ex humilitate. Et cum Hieronymus fuerit speciali ter cardinalis. Sed multi faciunt h̄ ex pura superbia q̄ minores se dicunt. dicentes. Sum malus pessimus peccator. Si aūt hoc alij de ipsis dicerent oīno non sustinerent. ⁊ verbis proteruis

r̄ndicerēt. Et h̄ ē signū supbie. Dicsum quod de se fateri quisq̄ spōte dedignatur: hoc sibi dici ab alijs dedignari non debet. Bonorum et humiliū est nec se laudare nec se culpare. vnde Catho. Nec te collaudes nec te culpaueris ipse. Hoc faciunt stulti quos cenodoxia vexat. Fuit quidam frater qui in p̄sentia multorum se plurimū ⁊ multuȝ humiliauit: dicēs se esse peccatorem et hominē vilem. Rn̄dit alter frater sibi. Tu dicis verum. Tūc ille indignatus verbis duris eum inuasit. Ipse autem dixit. Quid voluisti q̄ ego dicerē: Nū quid debui dicere. tu mentiris: Absit vt ita irreuerēter tibi loquerer. Nunc autē dixi q̄ tu dicis ⁊ inde turbaris.

Quarto mō fit simulatio seu fictio in q̄litate. quando quis se fingit talē qualis non est. sicut iudas finxit se amicuȝ xp̄i dicens. Aue rabi Math. xxvj. Et Ioab ficte osculatus fuit amasam fingens se amicum ⁊ nō fuit. ij. Regū. xx. Et illa fictio cōis est nūc in mundo. O quot fratres adhuc habet iudas in mūdo ⁊ Ioab similiter. Dicit Criso. super Math. Or p̄suetudo malorū est quādo aliquē ledere volūt tunc humilitatem fingunt. q̄r venenū nunq̄ periculosius dat nisi cū melle. sic vulpes se semel finxit infirmū: galli laudās cantū dicens. Si possem semel audire dulcem melodiā cantus tui. ab infirmitate mea liberarer. Rn̄dit gallus. Pater me⁹ bñ sciuit cātare. Ait vulpes. Pater tuus qñ cātauit clausit oculos suos: ⁊ iō dulciter cātauit. Tūc gallus adulatione vulpis deceptus cantauit clausis oculis. Quē mox vulpes rapuit per collū. Sic valde periculosum est credere istis falsis amicis ⁊ adulatoribus ⁊ simulatoribus. ⁊ spēaliter illis q̄ sunt alterius fidei aut legis. Ideo dicit Aristo. in li. de secretis secretorū. Nunq̄ credas homini qui nō credit s̄m legem tuam. Ca

ue ne accidat tibi qd accidit duob⁹ hominib⁹ q dicunt associati fuisse in vno itinere: qrū vnus erat gentilis ⁊ ali⁹ iudeus. Gētilis eqtauit sup mulā. Iudeus vo incessit p pedes: nō habēs cibuz neqz alia necessaria. Dū ergo fabularētur i via dixit gētilis iudeo. Que ē lex tua: ⁊ q tua fides. Rńdit iude⁹. Credo q in celo est vn⁹ deus quē adoro et expecto ab eo oīe bonū aīe mee ⁊ remunerationē. Illis aūt q cōicant mecū in fide mea ⁊ in lege mea volo bonum: ⁊ credulitas mea est q q discrepat mecuz in fide: licitū est mihi tollere sanguinē suū: pecuniā suā ⁊ accidēs suū. i. vxorē suā. Insup maledictuz est mihi si seruo ei fidē vel iuuo ipm vel si facio sibi misericordiā vel parco ei. Cōseqnter inqt gentili. Demōstraui tibi legē meā et fidem meā. Redde me g tutū de fide ⁊ lege tua. Cui rńdit gētilis. Mea fides et credulitas ⁊ lex est. In pmis volo mihi bonū ⁊ filijs generis mei. Nolo alicui creature malū: neqz seqntibus legē meam: neqz discrepātibus in eadē ⁊ credo eqtatē ⁊ miscdiam seruandā cuilibz viuenti. ⁊ nulla iniuria placz mihi. Videt etiā mihi q si mali aliqd alicui accidit q illud malū me cōturbat. Affecto prosperitatē: sanitatē: felicitatē oībus hominib⁹ vniuersalit. Tūc iude⁹. Quid si iniuria vl' offensa tibi fiat. Cui gentilis. Scio q i celo est de⁹ iustus ⁊ bon⁹ cui nihil est occultū ⁊ nihil secreta q remunerat bonos: ⁊ etiā punit malos. iuxta suas trāsgressiōes. Cui iude⁹. Quare ergo nō seruas legē tuā. ⁊ qre nō cōfirmas opibus fidē tuā. Rńdit gētilis. Quō fiet hoc. Cui iude⁹. Ego sum de filijs generis tui ⁊ tu me vides ambulare p pedes ⁊ fatigatum ⁊ famelicū. ⁊ tu es eques ⁊ saturat⁹ ⁊ quietus. Cui gentilis. Veritas est hec. Et descendēs de mula sua ⁊ apiens maletā suam cibauit eū ⁊ potauit. ⁊ fecit ipm eqtare sup mulā suā. Postqz vo iudeus fuit bn̄ firmatus in equitādo. pūxit mulā cū calcaribus festinādo relinquēs gentilē. Tunc cepit gentilis clamare. Expecta me: qr confisus fui in te. Iudeus vo dicebat. Nūquid tibi indicaui cōditionē meaz ⁊ legē meā: ego volo eā cōfirmare. Tūc fortius stimulabat mulam. Gentilis vo sequēs vestigia. o iudee inquit noli me derelinqre i hoc deserto. ne forte interficiar a leonib⁹ aut moriar fame et siti. Age ergo mecuz miscdiam sicut et ego tecū. Iudeus vo nec respiciebat retro nec intendebat dictis suis. nec cessabat donec latuit visum ei⁹. Tūc gētilis recordatus legis sue dixit. In celo est deus iustus iudex: cui nihil occultū: nihil secretū. erigēs in celū oculos suos dixit. Deus me⁹ tu nosti q credidi in te. ⁊ in lege tua ⁊ in mādatis tuis sanctificaui te: sicut precepisti. Confirma ergo apud iudeū laudē meā. Et his dict statim inuenit iudeū pstratū ⁊ iactatū de mula confractis tibijs ⁊ leso collo. Mula vo stabat iuxta eū: ⁊ ascendens mulā relinquit iudeū in dolore. Iude⁹ aūt clamabat. Bone frater pter deuz habe misericordiā mecum quia morior serua legem tuā. Tunc increpauit eum gentilis. Tu male peccasti in me: sine misericordia dereliquisti me. Cui iudeus. Ostendi tibi q hec est fides mea et lex mea. Tunc misertus est ei gentilis. et portauit eum post se: donec veniret ad locum gentis sue. quibus eum tradidit. qui postea statim expirauit. Audiens vo rex illius ciuitatis opera pietatis illius gentilis. fecit eum ballinū illius ciuitatis propter opera pietatis sue. Non est ergo credendum illis qui sunt alterius fidei ⁊ legis. Quinto habet fieri fictio in doctrina. De qua dicitur xxix. q. j. q autem. §. q angelus malus se transformat in angelum lucis. Et si tunc creditur bonus et quereret ab

aliquo simplici si sue beatitudinis vellit eẽ particeps ⁊ ille respõdeat ꝙ sic. Nũ quid dicendũ esset in dyabolice dãnationis societatẽ an potius in participationẽ eterne claritatis. Et subdit aliũ casum. Si quis hereticoꝝ per nomẽ beati Augustini aut Hieronymi alicui catholicorum seipm offerret. atq3 eum ad imitationẽ sue fidei ꝓuocaret. iste pberet ascensum in cuius fidei sententia diceref cõsensisse. Nõ in hereticoꝝ sectã sed in integritatẽ catholice fidei quam iste hereticus mẽtiebaf se habere. Hec canon. Istum eundẽ casum ponit mgr li.iiij. dist.iij. dicẽs. ꝙ si talis malus angelus trãsfiguraui t ⁊ crederef esse bonus nõ esset error periculosus. Nec tñ excusaf saul q̃ adorauit demonẽ quem credidit esse samuelẽ. vt pz. xxvj. q. v. c. Nec mirum. Et hoc ideo q: intercessit culpa sua. vt dicit glosa ibidẽ. Nec excusanf illi de lege machometi. qui finxit se esse ꝓphetam missum a deo. quez saraceni credũt veridicũ ꝓphetã. sicuti nos Augustinũ vel Hieronymũ. Quia ignorãtia facti nõ iuris excusat. lib. vj. de regulis iuris. Et legẽ euãgelij quilibet tenef scire. Ideo dixit xp̃s. Ite in mũdum vniuersum. ⁊ p̃dicate euãgelium omĩ creature. Marci vltimo. Falsi ꝓphete ⁊ doctores plures in mũdo apparuerunt ⁊ heretici qui falsas doctrinas seminauerũt. sicut machomet iter saracenos. thalmud inter iudeos. et sic de alijs. Sexti q̃ fingunt se sunt falsi xp̃iani. de q̃bus Apoca. ij. Dicunt se iudeos. i. cõfitentes et nõ sunt. Itẽ apl's Dicũt se nosce deũ: factis aũt negant. Legif in hystoria triptita de quodã iudeo qui ꝓpter pecuniam fecit se pluries baptisare. fingens se xp̃ianu3. Cum autem quadam vice deberet iterato baptisari. ⁊ dolium erat plenum aqua. statim coram oibus aqua disparuit. Et sic fictio eius manifesta fuit. Vtinã fictio

multorum falsoꝝ christianorum sic manifestaref. De quibus apl's. j. ad Cho. xiiij. Periculum in falsis fratrib⁹ id est qui habent falsitatẽ in affectione ⁊ etiam in cogitatione. Tales similes sunt culicibus qui sonitum faciunt ⁊ vrunt. ⁊ tamẽ cum cauda pungũt. sic similiter ipi se fingũt amicos. ⁊ inimici sunt. De quibus dicif Hiere. ix. Vnusquisq3 se a ꝓximo suo custodiat. ⁊ in omĩ fratre suo nõ habeat fiduciã. Scd'o hñt falsitatẽ in locutione. vt pz Prouerb. xiiij. Fraudes labia eoꝝ loquunf. Vnũ dicunt ⁊ aliud sentiũt. dicũt albũ ⁊ notãt nigrũ. Tercio hñt falsitatẽ in operatione. q: vnus aliũ tradit sicut iudas xp̃m Cuius exemplum ponit magr in libro apũ. ꝙ erãt in flãdria duo viri q̃ ꝯtra se grauiter inimici erãt. Oportunitatem q̃rebãt q̃liter vnus alterũ caperet. vel necaret. Erat aũt quidã nequissim⁹ qui vnius seruus fuerat et alteri seruiebat. Veniẽs aũt ad hunc cui olim seruiebat cõquestus est de dño: cuius ad presens seruus erat. sibiq3 fore ꝑfacile ait: vt ei⁹ manibus illum tradat. Qui gauisus: ei pecuniam spopondit. et sic dñm tradidit in manus inimici. Quo occiso venit ꝓditor ad amicos partis aduerse: ⁊ simili dolo tradendũ illis obtulit occisorem: sed app̃hensus est ab illis ⁊ oblatus est iudici ⁊ suspẽsus. Sed scelus illius facto postmodu3 claruit turpiori. Amicoꝝ em̃ p̃cibus de patibulo deponi ꝑmissus est. ⁊ in terra sepultus. Nec mora cu3 die sequẽti de nocte sepultus fuisset ignoti canes sepultum mulris vi dẽtibus extraxerunt. ⁊ membratim inter se miserabiliter discerpserũt. Et sic pat3 malicia illoꝝ falsoꝝ hominũ q̃ fingunt pacem. ⁊ nõ tenent. Dicif ysopice ꝙ semel vulpes gallum in arbore vidẽs dixit. Galle descende. quia iam summa pax ⁊ trãquillitas facta est inter omnia animalia. sed gallus non statim descen

dit: sed a remoto vidit duos canes velocissimos venire. quod intimauit vulpi. Tūc vulpes dixit. Oportz me fugere. Rñdit gallus q̄re tūc dixisti q̄ eēt optima pax int oīa aīalia. Rñdit vulpes. Nō bn̄ credo paci. Septimi sunt qui in fide dubitāt. Ore em̄ credūt: sed in corde nō credūt Manifeste dicūt se catholicos: sed in mēte sunt infideles. Et tales xp̄m negāt adueniēte tēptatione: sicut Petrus xp̄m negauit. Cōtra quos dr̄ in euāgelio. Qui me negauerit corā hominibus negabo et ego eū corā patre meo: Luc. xij. Legit in libro p̄mo triptite hystorie. q̄ postq̄ Constantinus credidit deo dubitauit an oēs sui vere crederēt et vt probaret qui veri et qui ficti cultores eēnt dei. simulauit se ad cultū ydolorū redire velle. Et statuto die quidā dixerūt se paratos esse ydolis immolare. Illi vō qui veri xp̄iani erāt dixerūt se paratos esse potius mori q̄ xp̄m negare. Et illos imperator secū tenuit. Alios vō expulit: dicens se nunq̄ esse fideles sibi qui ita parati erant deū negare Ideo dr̄. ij. q. vij. c. Nō pōt ergo homines esse fidelis qui extiterit deo infidelis. Octaui sunt q̄ sub spē zeli virtuosi aliorū actus reprehendunt et magis ex odio vel liuore q̄ ex charitate. Vn̄ dr̄. lxxxvj. dist. c. Odio habeant peccata: et nō hoīes. sed corripiant tumidi: tolerent infirmi: et qd̄ seuerius castigare necesse est. nō seuientis plectat animo: sed medentis. Idē patz. xxiij. q. iij. c. corripiant. Noni sunt qui ex amore priuato excessus aliquorū excusant vel attenuant aliquorū excessus. et aliqui magis aggrauant q̄ oportet. Decimi sunt q̄ simulate et ficte proximorū prosperitatibus congaudent. vel ficte ipsis in aduersitatibus cōdolent. Quā quidē fictionem dn̄s detestat. Vndecimi sunt q̄ ex odio: vel amore pecunie reum condemnant: sicut sunt falsi iudices aut testes in iudicio: qui sub specie simulate iusticie hominē occidunt. Duodecimi sunt qui malis consiliis et iniq̄s statutis proximos ledunt. Tales etiaz tenentur ad restitutionem.

Explicit. viij. preceptum.

Incipit. ix. preceptum.

n

Non falsū testimoniuz dices. Istud est nonū p̄ceptū vbi licz explicite solū p̄hibeat concupiscentia oculorū in re aliena. implicite tn̄ hic prohibet vniuersaliter oīs cōcupiscētis siue cupiditas malevolūtatis rei aliene. Nā superius in septimo p̄cepto p̄hibuit cupiditatē operis. hic aūt prohibet cupiditatē cordis inordinatā. Ideo dr̄ Exod. xx. Nō concupisces rem proximi tui. Sequit. Non seruū. non ancillā. nō bouem. nō asinū. nec oīa que illius sunt. Dubitat vtrū lex mosayca prohibuerit concupiscentiam rei aliene. Rñdit mgr̄ Augu. de anchona sup Math. dicēs. q̄ legem moysi prohibuisse cōcupiām rerū p̄ximorū pōt intelligi dupliciter. Primo q̄tum ad legislatoris intentionē et expsitionē. Scd̄o quātum ad pene trāsgressorū taxationem et impositionē. Primo modo planū est q̄ lex mosayca cōcupiscentiā prohibet. qd̄ tripliciter patz. Primo q̄ lex illa a deo fuit creata. vt patet Exo. ij. Sz deus plus diligit mūdiciam cordis q̄ opis: et ecōuerso plus odit interiorē quā cogitationē q̄ operationez. Ergo deus in lege illa nō solū rei aliene actualem acceptionē: verumetiā inordinatā cogitationē accipiendi et cōcupiscendi prohibuit. Vnde dicit Aug. in libro de decem cordis. Tange nonam cordā et interficiet bestia cupiditatis. Secundo q2 omnia precepta illius legis tam affirmatiua q̄ etiam negatiua inducūt ipm hominē ad actū et operationē vir-

tuosaz ⁊ maxie ad dilectõz dei ⁊ ꝓximi ꝗ dilectio est forma oim̄ vtutũ. Sȝ opatio vtuosa magis ꝯsistit in interiori intẽtione ⁊ cogitatione ꝙ̃ in opatione exteriori. Non em̄ q̄s dr̄ iustus ex h̄ ꝙ iusta opa facit: sed si iuste ⁊ aio iusto faciat. Nec dr̄ misericors ex eo ꝙ elemosinã dat: ȝ si recto aio dat. ꝗ̃ necessariũ ẽ ꝙ lex illa ꝓhibeat inordinatã intentionẽ ⁊ ꝯcupiscẽtiã interiorẽ. Tercio q̄ illud ꝑceptũ. Nõ ꝯcupisces rẽ ⁊ domũ ꝓximi tui inter alia ꝑcepta illi⁹ legis numerat. Et vult aug. in li. de decẽ cord. ꝙ nõ furari ⁊ nõ ꝯcupiscere aliena duo sunt ꝑcepta legis. q̄ sicut aliud est non alienã rem furari ⁊ nõ accipere. ⁊ aliud est ipam nõ appetere ⁊ nõ ꝯcupiscere. Sic aliud est vnũ ꝑceptũ et aliud est aliud. Sed scḋo nõ verũ est ꝙ lex moysi non ꝓhibuit ꝯcupiscẽtiã nec cohibuit aim ȝ manũ. Quia ꝓ pctõ iterioris cogitatiõis penã nõ taxauit nec iposuit penã sicut taxauit ⁊ iposuit penã ꝓ pctõ exteriori opis. vt oculũ pro oculo. dentẽ ꝓ dẽte. q̄nqȝ boues ꝓ vno boue ⁊c̄. sic pȝ Exo. xxij. Dubitat̄ vtrũ lex ciuil' puniat ꝯcupiscẽtiã animoꝝ. Rñdit idẽ doctor vbi. s̄. dicens ꝙ lex humana in puniendo trãsgressores in tribus videtur differre a lege diuina. Primo q̄ quãtũ ad punitionẽ lex diuina omia mala vniuersaliter punit vel docet esse puniẽda. Sed lex humana multa cõcedit: vel dissimulat ꝓpter euitationẽ maioꝝ maloꝝ et multa impunita relinquit. Vñ dicit August. in li. de libero arbitrio. ꝙ lex humana in regẽdis ciuitatib⁹ ⁊ terris. multa mala cõcedit et multa impunita relinquit q̄ ꝑ diuinã legẽ corrigũt sicut pȝ in meretricio ⁊ sic de alijs. Secũdo differũt quantũ ad modũ puniẽdi ⁊ explicationẽ. q̄ lex humana solum punit dicta ⁊ facta non aũt cogitata. q̄ cogitata nõ possunt hoi esse nota. cum hõ tm̄ videat q̄ foris patent. Solus autem deus intuetur cor. vt dr̄. j. Regum xvi. Et in cogitationibus solum homo subijcit legi dei. sed in cogitationibus put ꝓrumpũt in dicta vel facta homo subijcitur legi humane. vt duoꝝ vel triũ testimonio possit cõuinci ⁊ iudicari. Tercio quantũ ad pene impositionem. q̄ lex humana solum imponit penam tꝑalem. q̄ non põt esse plus pena legis ꝙ̃ ipa lex. Humana autẽ lex non erit eterna. sed solũ in hac vita sensibili ⁊ aniali duratura: ⁊ postmodũ necessaria nõ erit. Diuina vero lex imponit penã eternã. sicut ipsa eterna est. q̄ celum ⁊ terra transibunt. verba aũt dei ex quibus est integra lex. in eternũ durabũt. Patet ergo ꝙ lex ciuilis ꝓ ꝯcupiscentijs ⁊ interioribus peccatis transgressores non punit nec probibet. Et in hoc differt hec humana lex a lege moysi. q̄ licet illa non taxaret penam pro interioribus concupiscentijs tamen prohibuit quando dixit. Non concupisces quod nõ fecit lex humana: sed ipsa lex diuina. Tercio dubitatur vtrum sola lex xp̄i hanc cõcupiscentiam debuerit ꝓhibere. Rñdet ꝙ sic: q̄ lex euãgelica ꝓhibet dicta facta ⁊ cogitata: quia data est ab illo qui est scrutator omniũ cogitationũ ⁊ intentionum cordis. Et nõ solũ ꝓhibet: verũ etiam punit. quod pȝ de homicidio: pro q̄ taxauit lex moysi penã talionis: vt occidens occideret sed lex xp̄i Math. v. pro interiori ira ⁊ rãcore ꝓximi taxat penã eternã dicẽs. Ois q̄ irascit fratri suo reus erit iudicio eterno. Et sicut deus ꝓmittit obseruãtibus premiũ eternũ. sic transgrediẽtibus minat penã eternã. Item lex moysi solũ tꝑalia promittebat obseruãtibus. Ideoqȝ solã penam tꝑalem debebat taxare nõ obseruãtibus. Igitur cogitata ⁊ peccata interiora non poterat punire cum nõ sint nota in iudicio. sed lex xp̄i hec oia punit ⁊ probibet dicẽs.

Nō cōcupisces rē ꝓximi tui. Sic igit̄ ꝑmo peccāt cōtra istud ꝑceptū q̄ inordinate ⁊ iniuste cōcupiscūt aliquā rem ꝓximi. Jō dr̄ Exo.xx. Nō cōcupisces rē ꝓximi tui vel domū ꝓximi tui. naz hic ꝓhibet̄ ꝯcupiscētia respectu rei honorabilis ⁊ vtilis. nā quidā appetūt ꝓximorū diuitiarū multitudinē. Jdeo sequit̄ nō domū. Quidā ꝑlature altitudinē. Jdeo sequit̄. nō seruū. Quidā proximorū pulcritudinē. Jdeo sequit̄. non ancillā. Quidā annorū longitudinem. Jdeo sequit̄. nō asinū. Quidā virorum fortitudinē. Jdeo dr̄. nō bouē. Quidaz doctorū simplitudinē. Jō dicit: q̄z nec q̄ illius sunt. Jsta sunt que homies cōmuniter appetūt in mūdo aliquādo inordinate. Primo nō debemus appetere proximi diuitiaꝝ multitudinē. Jdeo dicit. nō cōcupisces domū illius. id est bona tempalia sua. ⁊ hoc inordinate. q̄bus de eterne dānationis minat̄ Esaie v. Ve vobis q̄ cōiungitis domū domui et agrū agro copulatis. Et si tales possent omia bona tempalia proximi acq̄rere iniuste nō dimitterēt. Dixit notanter inordinate nō debem⁹ appetere: q̄a hoc potest fieri quadrupliciter. Primo vt est nobis innata: ⁊ sic cōcupiscentia nō est peccatuz mortale: ꝫ veniale. Nobis aūt nolentibus cōcupiscit caro aduersus spiritū: q̄z sensibilia ⁊ delectabilia multotiēs audita vel visa aut imaginata semꝑ se offerunt nobis ad cogitādū ⁊ imaginanduz de eis ⁊ caro statim et subito insurgit vt talia delectabilia cogitata seu imaginata visa vel audita cōcupiscat non expectato ratiōis iudicio ⁊ deliberatione voluntatis. Jtē talis cōcupiscētia nō potest esse peccatū mortale: q̄z nō est volūtaria. Secundo cōcupiscentia pōt esse pctm̄ mortale: q̄z est volūtaria. Tercio q̄z cōcupiscentia pōt esse rōnabiliter ordinata. vt si quis cōcupiscat rē vtilem ⁊ honorabilē fm dei mandatū ⁊ beneplacitū. ⁊ propter bonū ⁊ virtuosum finem ⁊ iusto titulo. non in nocumentū alterius: tūc nō est peccatū mortale: ꝫ forte veniale. quia eoipso q̄ animus implicatur cogitationi tꝑalium retardat̄ a feruore spūalium bonoꝝ. Jsta est volūtas ꝯditionata: dicēdo si hr̄em hmōi res sine offensa ⁊ iniuria dei ⁊ ꝓximi: tūc nullum est pctm̄ vel saltē veniale. Tercio ꝓut est in nocumentū ꝓximi deliberata. s. iniusto titulo ꝑ furtū aut rapinā. ħ est pctm̄ mortale. Et si facit ħ appetitu cōpleto q̄ ꝓcederet in op⁹ si eēt possibilitas. sic est mortale pctm̄. q̄z volūtas ꝓ facto reputat̄ si deest facultas: vtz de pe. di. j. §. similiter. ⁊. xxxij. q. v. si paulus. ⁊. xxij. q. v. qui peiorare. Adhuc grauı⁹ est pctm̄ qñ cū cōcupiscētia cōcurrit conatus exterior ꝓ tali re obtinēda. q̄ q̄uis eā nō obtineāt mortalit̄ tn̄ peccāt sicut ptz in in fure ⁊ latrone ꝓ furto ⁊. rapina laborātes. Qui licz in effectu nō furent̄ nec rapiāt mortaliter tn̄ peccāt ⁊ graui⁹ q̄ ꝑmi. Adhuc ḡuius est si cū malis conatib⁹ cōcupita assequunt̄. De ħ Jacob⁹ dicit in canonica sua. Pctm̄ cū cōsummatū fuerit generat mortē. Jstis nūq̄ remittit̄ pctm̄ nisi ablatū restituat̄: vtz li. vj. de re. iur̄. Quarto fit ꝯcupia qñ est in malū finez ordinata. s. cū q̄s appetit bona ad vanā gl̄iaz: et ad luxuriā. sicut diues ille fecit Luc. xvj. q̄ epulabat̄ q̄tidie splēdide. Jsti directe faciūt ꝯ istud ꝑceptū. non ꝯcupisces rem ꝓximi tui. Quinto hz ħ fieri ꝑ malū artificiuz: qd̄ ꝑ se est pctm̄ mortale: sicē est meretriciū lud⁹ alee. Aut ꝑ amorē q̄ hereos dr̄. et sic adhuc ē graui⁹ pctm̄. Hec aūt cōcupiscētia origo est totius mali: q̄z hec est q̄ symoniā adinuenit. furtū ⁊ rapinam: dolū ⁊ fraudez adduxit. Jō dicit de ea apl̄us. j. ad Thim̄. vj. Cupiditas est radix oim̄ malorū. Hec est que balaam instigauit vt iret ad maledicēdū populū

ꝛ ab vsura redargutus est. Hec est que Acbor lapidauit. q tulerat de anathemate Josue. vij. Hec est q̄ nabath lapidauit vt achab vineā possideret. iij. Regū. xxj. Hec est lepra pfudit. q: petijt ꝛ recepit vestes ꝛ argentū noīe helizei Hec est q̄ iudam laq̄o suspēdit: q: xp̄m vēdidit. Hec ananiā ꝛ saphirā subitanea morte cecīnit. Hec discordias int boīes semiat. Scd̄o cupiditas est qua boiem nūq̄ saciat. Jō dī Prouer. xxx. Ignis nunq̄ dic sufficit. Ignis em ex appositōe lignoꝝ siccoꝝ nō extinguit ꝫ auget. Sic nec cupiditas extinguit ex appositōe diuitiaꝝ ꝫ auget. Si cū q̄s habeat decē florenos: laborat vt habeat viginti. ꝛ si habeat vigīti: laborat vt habeat triginta. q̄draginta ꝛ sic de alijs. Tertio cupiditas est q̄ boiem nunq̄ dormire sinit: ꝛ somnū cape Eccl. ij. Cuncti dies eius pleni sunt doloribus ꝛ erūnis. Quarto homicidiū introducit ꝛ falsa iuramēta atq̄ mādacia. Cui⁹ exēplū ponit Cesarius di iiij. c. xxviij. dicēs. q: qd̄ ım miles Cesari⁹ noīe fratrē habuit carnalē bñnciū. eccle decanū Iste eidem cesario accōmodauerat de pecunia eccie sue viginti marcas Coloniēsis monete. Mortuo decano ꝑposi tus ꝛ etiam frēs: militē pecuniam suā sibi datā monebāt reddere. Recusauit ille reddere. immo qd̄ deterius est oino negauit. Sed q: illū testibus ꝯuīcere nō poterāt: iurare compulerūt. Ille vero stimulata auaricia: iurauit. equū ascēdit ꝛ abijt. Sed manū dñi effugere nō potuit. Cū autē complesſʒ mediū viaire volēs ad domū suam. ꝓcedere nō potuit. Nam ꝓpter auariciā que est radix oim maloꝝ dñs gressum illi⁹ fixit in terrā. Et quia meritus fuerat lingue eū officio ꝓuauit. Sentiens se ille iusto dei iudicio nō posse loq̄ nec ꝓcedere iscēm abrahā ꝑriarchaʒ q̄ tūc ei in mentem venit: satis deuote inuocauit di cens. Scte abrahā si tuis meritis cum officio lingue gressum recepo: moꝝ būnam reuertar: ꝛ fribus suā pecuniā restituā. Statim vt hoc vouit cepit loq̄. gressumq̄ recepit. pecuniaʒ reddidit: ꝛ de pliurio pniam egit. Scd̄o q̄dā sp petūt suoꝝ platoꝝ altitudinē. nā alius decanatū ꝛ alius ep̄atū desiderat. Cōtra quos dī. viij. q. j. cap. In scripturis Dic Gregori⁹. Locus regimis sic desiderantib⁹ negādus est: ita fugiētibus ē offerēdus. sic scriptum ē ad Hebr. quinto Nec q̄sq̄ sibi sumat honorem: ꝫ qui vocat a deo tanq̄ aaron. Dubitat. vtrū quis sine pctō possʒ prelaturā appetere: Responsionē illius questiōis nō in sermone de honore platoꝝ spualiuʒ in quarto ꝑcepto. O quot sunt hodie q̄ in ordinate appetūt prelaturā alterius. ꝛ ꝛ multi sunt q̄ cupiūt fieri sacerdotes: vt possent laute viuere ꝛ in foro vocari rabbi. ꝫ vitam ꝛ mores sacerdotū minime bñe curant. sic de Lupo legimus. Nota hystoriam in quarto ꝑcepto de septē ordinibus. Tales cū adepti sunt sacerdotiū prebēdis saturari nō possūt Olim em̄ pbendæ dabant virtuosis ꝛ scientificis ac morigeratis: ꝫ nūc nō nisi pecuniosis dant. Tertō q̄dam appetūt ꝓximi pulcritudinē. Appetūt ei pulcritudinē absolonis. ij. Regū. xiiij. Porro absolon erat vir pulcrior in omni israhel: ꝛ decorus nimis. A vestigio pedis vsq̄ ad verticē nō erat in eo vlla macula. Et q̄tomagis tondebat capillos: tāto amplius crescebāt. Semel aūt in anno tondebanꝫ. q: grauabat euʒ cesaries ꝛ ponderabat capillos sui capiti siclis ducentis pondere publico. Sic tā viri q̄ mulieres appetūt decorē corporis alicui⁹ queʒ vidēt. Uel ꝓpter vanā gloriam. aut ꝓpt luxuriā. vt ab alijs ꝯcupiscant. ꝫ de pulcritudine interioꝝ paꝝ vel nihil curāt. Unusq̄sq̄ em̄ debe ret esse ꝯtētus i forma sibi data. Quia

corporis pulchritudo.
Est luxurie incitatiua.
Est cito defectiua.
Est regnorum destructiua.
Est superbie causatiua.
Primū ptz Gen̄.vj. Uidentes filij dei
filias hoim q̄ essent pulcre: acceperunt
sibi vxores. Per filios dei intelligunt
filij seth. z p filias hoim filie Cayn. qui
se mutuo ɔmiscuerūt. z ꝓpter h̄ factuz
est diluuiū. Ideo dr̄ Ecc̄i.xix. Ne respi
cias spēm alienā. Nam ꝓpter spēm ali
enā multi perierūt. Sic perijt holofer
nes: z occidit dum incaute Judith spe
ciē ɔtemplabat. vt3 Judith xvj. Et da-
uid capt⁹ est i specie Bersabee.ij.Reg.
xj. Duo senes occisi sunt ꝓpter spēz su
sanne. Un̄ dicit. Semen chanaan z nō
iuda. spēs decepit te. z ɔcupia sbuertit
cor tuū. Nihil em̄ est tā potens sbuer-
tere cor hūanū sic̄ ɔcupia z amor spēi.
In cuius signū fingūt poete. z idē po-
nit Aug.li.iij. de ciui. dei. ca.iij. q̄ alex-
ander fili⁹ priami paris vocabat a pa-
ritate iudicij. Un̄ aūt ad eū misse fue-
rūt Juno. pallas z venus. vt iut eas di
scerneret: cui pomū aureū debebat. qd̄
mittēte dea discordia cecidit inter eas
In quo pomo scriptū erat q̄ pulcriori
deberet. Certabāt ergo ille tres dee q̄
foret poma habitura. Et pre ceteris Ju
no ꝓmisit diuicias z regnum. Palles
laudes militie. Uenus pulcriorez mu-
lierē de grecia. Hic ergo paris nō ob-
stante iudicij sui sbtilitate a ɔcupia est
sbuersus: z pomum veneri adiudicauit
donari. Nemo ergo deb3 dolere de sua
turpitudine. Quia forsitā si decorez ha
buiss3. fuiss3 sibi cā ruine. z ɔtinentie sb
uersio. sic castrum qd̄ nunq̄ impugnat
nunq̄ vincit. Sic similiter mulier tur-
pis que nō tentat. a castitate: nō succū-
bit. Scd̄o ē cito defectiua. Un̄ Boe
tius li.iij. de ɔsol. ꝓsa.viij. Forme vo
nitor rapid⁹ est z velox. z vnaliū florū
mutatōe fugatior. Qz si homies vt ait
Aristo. linceis oculis vterent vt visus
eoꝝ obstātia queq3 penetrarēt. nōne in
trospectis visceribus illud alchibiadis
corp⁹ supficie pulcerrimū turpissimuz
videret. Ergo te pulcꝝ videri nō fec̄ na
tura: s3 oculoꝝ spectātiū infirmitas. vn̄
Frācis. petrar. de re. vtri. fort. li.j.ca.ij.
Breuissimuz tēp⁹ erit qn̄ oris habit⁹ h̄
colorq3 mutabit. Cadet flaua cesaries.
relicte albescēt teneras genas z serenā
frōtē squalētes arabūt ruge. letas ocu-
loꝝ faces z lucis sydera mesta teget nu
bes. lene dentiū ebur ac cādiduz scaber
obducet. recta ceruix atq3 agiles hume
ri curuescūt. guttur lene crispabit hur-
ridas man⁹ z recuruos pedes suspice-
ris tuos nō fuisse. Quid multa. Ueniet
em̄ dies: quo te i speculo nō agnoscas.
Hec oia e vicino sunt. q̄ abesse multū
existimas. Hec ille. Magis ē ergo di-
ligēda pulcritudo spūalis z interior. vn̄
ps. Omis gloria filie regis ab int⁹ est.
Un̄ Petrus blesensis epl'a.lv. scribens
ad vnā monialez dic̄. Tanto acceptior
eris sponso tuo xp̄o: q̄to eris i veste vi
lior. in cultu corpis tui abiectior. in ser
mone rarior. in vultu deiectior. in aspe
ctu verecūdior. i incessu maturior. hec
ille. Hec bn̄ ɔsiderauit: z cū summa di-
ligentia aduertit illa nobilis rhomana
virgo: nomie Galla. De qua dic̄ sanct⁹
Grego. in iiij. li. dyal. Qz medici dixerūt
ei q̄ ipa bitura ess3 barbaz. si nō nubēt.
S3 illa nihil deformitatē exteri⁹ timuit
qr xp̄m amauit qr talis nō exteriores s3
interiores reqrit pulcritudies dicente
ap'lo.j. ad Chorꝫ.vij. Mulier innupta. id
est vgo z vidua cogitat q̄ dn̄i sūt vt sit
sctā corpe z spū. Tertō est destructi-
ua regnoꝝ. Un̄ Frācis. petrar. lib.j. de
re. vtri. for. ca.lxxij. Forme inqt labilis
z caduci fruct⁹ sepe nō opulētas tm̄ do
mos s3 ingētes vrbes z magna nōnun-
q̄ impia euerterūt. Note sunt hystorie

quia nisi formosa adeo fuisset helena troya mansisset incolumis. Romanum regnū nō velociter corruisset nisi tam pulcra fuisset lucretia. hec Frāciscus. Ideo dr̄ Prouerb. xi. Fallax grā ꝛ vana est pulchritudo: mulier timēs deuz ipa laudabit. Quarto est vanitatis causatiua. Isa. xl. Ois caro fenū ꝛ oīs glīa eius q̄si flos agri. Nā multi ꝓpter eorū pulcritudinē supbiunt. Alij ꝓpter eoꝝ capillos flauos. Alij ꝓpt eoꝝ pulcrā faciē. Alij ex ꝓceritate corpis. Refert ouidi⁹ li. iij. in metamor. q narciscus qdam puer tante fuit pulcritudinis vt statim natus ab oībus posset amari. Parētes ergo sue pulcritudinis forma nimia moti cōsuluerūt quēdam vatē si ille puer attingeret tēpus senectutꝫ aut si esset etatis longene. Rn̄t ille. Diu inquit viuet si seipsum non nouerit. Qui adultus factus tantā cōcepit de suo decore supbiā: q oīm ptempsit amorē taz iuuenū q̄ȝ puellaruz. Tandē fatigatus quodā die diuertit se ad quēdam fontē purissimū causa sitis se dāde. Et dū vidit faciē suaz in aqua ꝯsiderauit frontē crines ꝛ oculos ꝛ alloqt suā imaginē ꝛ extendit brachia vt apprehēdat osculat ꝛ submersus ē. Iste puer signat de sua facie gloriantes q tam diu viuūt q̄ȝ diu se nō cognoscunt speciosos. Qui tādez se finaliter cognoscentes submergūtur in aquis causa vanitatis ꝛ supbie. qđ ē circa annū vicesimū tūc em̄ incipit speciositas. Et q tunc nō est speciosus nūq̄ȝ erit speciosus sicut in anno tricesimo fortitudo. Et q tūc non est fortis et velox: nūq̄ȝ erit fortis. In qnquagesimo sapia. Et q tūc nō est sapiēs nunq̄ȝ erit sapiens. In sexagesimo deuotio et puritas. Et q tūc se nō emendat nunq̄ȝ se emendabit. Quarto quidā appetunt annoꝝ longitudinē. Vn̄ ps. Longitudine dierū replebo eum. ꝛc. Nā multi sunt q appetūt longā vitam ꝓximoruz

Dubitat vtrū licitū sit petere a deo hic in p̄nti lōgam vitam. Rn̄r q p mortē puat qs primo corpis pulcritudinē, vita ꝛ sanitate. Secūdo delectatione ꝛ voluptate. Tertio bonis exterioribus. vt agris vestibus vxore pueris cognatis dignitate ꝛ sic de alijs. Si igitur times mortē solū iō: qr puaris bonis fortune nature ꝛ delectationibus et si sic p longa vita exoraueris: grauiter peccas. Talis em̄ si sibi posset ptingere ꝑpetuo in illis vellet viuere: qr q̄ ratōne aliq̄ȝ diu a fortiori ꝑpetuo cū consuetudine promptificat. Dō tū fm oēs doctores signū notabile est eterne reprobatiōis scꝫ sic diligere trāsitoria vt nulla affectiōe habeamus eterna ex charitate. Scđo mors etiā aufert bona spūalia. Nō em̄ post mortē penitētia locum habeat nec penas faciliter poterim⁹ cōmutare p mortalib⁹ aut venialib⁹ soluendis. Nec opa virtutū exercere poterimus meritorie nec augere p̄miū: nec ꝓximis sicut hic poterimus subuenire. Que oīa mors aufert. Et ꝓpter ista laudabile est mortē timere ꝛ p longa vita deum exorare. Debet tū addere illud Math. xxvi. Fiat voluntas tua siue in iuuētute siue i senectute ꝛ hoc exemplo xp̄i. cū tamē p longiori vita exorare volueris intētio tua sit vt peniteas de peccatis ꝛ satisfacias hic p eis. Secūdo vt virtutes opari valeas. Tertio vt ꝓximis ꝓdesse valeas: sicut beatus martinus orauit dicens. Dn̄e si adhuc populo tuo necessarius: non recuso laborem. Secūdo dubitat. Quare hoīes moderni tpis non ita diu viuunt sicut olim: qr scriptū est. Dies annoꝝ nr̄oꝝ septuaginta anni. In potentatib⁹ autē idest. bn̄ complexionatis octoginta. ꝛ tunc amplius labor ꝛ dolor. Nam ante diluuium legunt quidam vixisse nongentis sexagintanouē annis sicut mathusalem. Gen̄. v. ꝛ noe sexcentorū annoꝝ

